


UNIVERSITY OF TORONTO




3 1761 00357243 5











283

37

I

CORPUS  
SCRIPTORUM HISTORIAE  
BYZANTINAE.

EDITIO EMENDATIORE ET COPIOSIOR,  
CONSILIO

B. G. NIEBUHRII C. F.

INSTITUTA,

AUCTORITATE

ACADEMIAE LITTERARUM REGIAE  
BORUSSICAE

CONTINUATA.

31844  
20/12/93

THEOPHYLACTUS SIMOCATTA.  
GENESIUS.

Vol 49.

---

BONNAE  
IMPENSIS ED. WEBERI  
MDCCCXXXIV.

SCRIPTORUM HISTORIALIUM

BYZANTINA

DF

503

C6

v. 49



THEOPHYLACTUS SIMOCATA  
GENESIS

BONNAE

IMPERIALIS UNIVERSITATIS

MDCCCXXIV



THEOPHYLACTI  
SIMOCATTAE  
HISTORIARUM

LIBRI OCTO

RECOGNOVIT

IMMANUEL BEKKERUS.

---

---

BONNAE  
IMPENSIS ED. WEBERI  
MDCCCXXXIV.



---

# IMMANUELIS BEKKERI

## PRAEFATIO.

---

Theophylacti Simocattae historiam Mauricianam cum bis editam accepissem, primum ab Iacobo Pontano, viro in sua societate non indocto, deinde a Carolo Annibale Fabrotto, cuius nec doctrinam magnopere laudaris nec diligentiam, ipse quia et codicibus carebam manuscriptis et parum assueram generi illi dicendi, quo plane mirifico utitur scriptor ad exemplar antiquitatis ineptissime expressus, satis habui si universa scribendi et interpungendi ratione ad sanitatem propius revocata manifestos duntaxat scribarum typothetarumque errores corrigerem: eos enim nimis multos ab Ingolstadiensi editore (I) transmissos Parisiensis (P) secure propagavit et auxit. addiderat Fabrotus glossarium sive vocum aliquot explicationem: id sesquifolium post Meursii et Ducangii in eodem ge-

nere operam nihil admodum habebat utile. Pontani quoque reccidi annotationes quippe pueris scriptas. eiusdem versionem Latinam non dubitavi refingere, sicubi aut a sententiae veritate aut a sermonis puritate longius videretur declinare.

Scrib. Berolini Idibus Nov. a. 1833.

---

---

## IACOBI PONTANI DEDICATIO.

---

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO,  
D. M A X I M I L I A N O,  
UTRIUSQUE BAVARIAE DUCI, PALATINO  
RHENI, ETC.

Munus quoddam historicum, ipso genere unum, expositione bipartitum, MAXIMILIANE PRINCEPS, ad te mitto. de imperio et imperatoribus Orientis scriptores hi ambo memorant, de Mauricio Tiberio quidem prior, ut longior, ita quoque gravior et illustrior; de Palaeologis Comnenis posterior, ut chronographus, contractior. inter illius et horum tempora aliquot saecula fluxerunt, anni propemodum septingenti; id quod narrationum in uno volumine coniunctionem impedire non debuit, quando uni eidemque imperio praefuerunt, Byzantiumque novam Romam, ut Constantinus Magnus appellare voluit, sedem ac domicilium habuerunt, et quae commemorantur ab utroque, ad idem imperium eandemque civitatem spectant. Florebant res et stabant incolumes adhuc sub Mauricio principe potentissimo. deflorescebant et accidebantur potissimum sub Palaeologis, cum Osmanidae sive Turcarum reges, nominis et maiestatis Christianae infestissimi, semper aliquod tanquam membrum de ingenti et praeclarissimo corpore avellerent, donec tandem numine connivente fortunatissimam illam augustissimamque urbem, re vera caeterarum urbium βασιλίδα, reginam ac dominam, acerrima oppugnatione diu vexatam in potestatem adduxerunt; atque ita corporis quod dixi, velut speciosissimum caput, aut intima eius viscera atque adeo cor ipsum

immanissime avulserunt. quod ut gestum sit, a PROTOVE-  
STIARIO nostro, qui praesens interfuit, diligentissime et ad  
fidem accommodatissime descriptum invenimus. in utraque hi-  
storia, ut hoc loco ad illarum commendationem nihil praeterea  
ponam, summam rerum humanarum mobilitatem ac vicissitu-  
dinem, et quod est apud Flaccum, hic apertissime intueri  
licet:

— *valet ima summis*  
*Mutare, et insignem attenuat deus,*  
*Obscura promens. hic apicem rapax*  
*Fortuna cum stridore acuto*  
*Sustulit, hic potuisse gaudet.*

Ex quanta felicitate Ormisdas Persarum rex (nam de re-  
bus quoque Persicis multa Theophylactus narrat) et Chosroes  
filius eius in quantas aerumnas devoluti sunt? quam flebilis est  
Mauricii exitus? quam miserabilis Palaeologorum conditio,  
qui auxiliaria Latinorum arma toties incassum implorarunt?  
Persae Varamum, Mauricius Phocam, Constantinus VIII, qui  
ex familia Palaeologina extremus et parum diu imperavit, Ma-  
hometem II, tyrannos crudelissimos pertulerunt.

Quare principibus nihil tutius, nihil salutaris, quam  
ab uno et unico deo pendere semper, cuius est regnum, et cui  
voluerit, dabit illud; nihilque perinde in omni vita carum ha-  
bere ut pietatem ac religionem, cuius in te ipso, MAXIMILIANE,  
ut item in sanctissimis parentibus ac maioribus tuis, exempla  
multa et singularia vidimus, legimus, audivimus; quemad-  
modum et virtutum reliquarum, quibus principes Christiani  
plusquam diadematis, auro et lapillis, stipatorumque magnis  
catervis et omni demum honorum genere exornantur. in his  
elucet inprimis domus vestrae clarissimae erga religiosos viros  
amor ac liberalitas, qua cum SOCIETAS nostra plurimum usa  
sit utaturque quotidie, et pars illius etiam ad Augustanum hoc  
Collegium dimanaverit, et nos quoque tua tuorumque successo-  
rum praesidia subsidiaque nobis polliceri possimus, facere non  
potui quin ad testificationem grati ac memoris animi hoc quid-  
quid est voluminis tibi inscriberem; cum praesertim ex nobil-  
lissima bibliotheca tua codices Graecos plures hactenus mihi et

quibusdam ordinis mei suppeditaveris, ut hoc etiam modo nomine studiosorum omnium, qui his et aliis interpretationibus nostris nostrorumque legendis profecerunt aut proficient, tibi gratias agere videar, cum thesauros tales latere et absconditos esse amplius nolueris. quod restat, etiam atque etiam oro, PRINCEPS SERENISSIME, ut labores hosce tibi pie dedicatos ne spernas, Societatemque nostram omni benevolentia comprehendere ne desistas. Augustae Vindelicorum, anno MDCIV, pridie Kal. Maias.

---

IACOBI PONTANI  
PRAEFATIO AD LECTOREM  
DE AUCTORE HUIUS HISTORIAE,  
DE SCRIPTIS EIUS, DE SYNOPSISIBUS  
IN EUM PHOTII CONSTANTINOPOLITANI.

---

Theophylactus Simocatta (sic enim malo quam Simocattus; idque cum Suida, apud quem est *Σμοκάττης*) in Aegypto natus est, ut ipse liquido indicat lib. 7 cap. 16 extremo, cum de fluminis Nili incremento et inundatione disputationem longiusculam texere incipit. natus est autem loco non ignobili, ut coniecturam facimus, quandoquidem Petrum Aegypti praefectum se cognatione attingere affirmat, lib. 8, ubi Mauricii miserabilem interitum exponit ac deplorat; et ipse quoque honores gessit, quod statim docebimus. atqui scimus regendis praesertim provinciis, ut non imprudentes viros, sic etiam non humiles ac plebeios praeponi solere. ex dialogo, quem historiae suae praefigit, adultis Mauricii temporibus in lucem editum suspicor; et id multo magis ex cap. 17 lib. 2 colligo, ubi se de illius rebus audiisse a senibus narrat, quia scilicet puerilem tum aetatem agebat. sub Heraclio, qui Phoca interfecto imperium pene triginta annis tenuit (ab anno Christi 612 ad 640 scilicet), et Sergio patriarcha Constantinopolitano eum floruisse historiamque istam conscripsisse, ex eodem dialogo certo certius constat, similiterque ex cap. 12 lib. 8, ubi se, Phoca e medio sublato, scripta a se de Mauricii nece populo e superiore loco recitasse eumque ad lacrimas commovisse narrat. Photius



ἀπὸ ἐπύρχων ex praefectis nominat. praefecturam itaque, nec civitatis sed provinciae potius alicuius, administravit. ab eodem ἀντιγραφεὺς dicitur; quod quidam putavit reddendum *Scripturarius*. Scripturarii, inquit Nonius, apud veteres fuerunt quos nunc tabellarios dicimus, quod scriptis et commentariis omnia vel urbium vel provinciarum complecterentur. Lucilius: *publicarum rerum assuefiam, ut scripturarius*. unde historiam nostram liceret appellare: THEOPHYLACTI SIMOCATTAE EXPRAEFFECTI ET SCRIPTURARII \*). sed Budaeus in Pandect. ἀντιγραφεὺς interpretatur OBSERVATOR COACTORUM, id est, eorum qui pecuniam colligunt ad principem aut rem publicam pertinentem, qui Graecis ἀποδέκται, nostratibus receptores particulares, Ciceroni pro domo sua, et alibi, custodes; ubi forsitan *coactorum* subaudiendum est. magis igitur inscriptio placuit, EXPRAEFFECTI ET CUSTODIS COACTORUM. Suidas σοφιστήν appellat, id est, hominem doctum ac sapientem, ex eoque et verba explanat et locos integros adducit.

Ingenium eius mite imprimis et φιλόκαλον, ut etiam doctrinam non vulgarem, scripta ipsa testantur ac produnt; quorum alia sunt epistolae, alia quaestiones naturales, alia historica. verum nos duobus prioribus generibus in praesens praetermissis, de historia, quam in manibus habemus, age, pro recepto interpretum more disseramus. de qua primum omnium audiendus est Photius, cui cum summa eruditione summi quoque iudicii intelligentia tribuitur. ἡ μέντοι φράσις αὐτῷ ἔχει μέν τι χάριτος· πλὴν γε δὴ ἡ τῶν τροπικῶν λέξεων καὶ τῆς ἀλληγορικῆς ἐννοίας κατακορῆς χρῆσις εἰς ψυχρολογίαν τινὰ καὶ νεανικὴν ἀπειροκαλίαν ἀποτελεῦσθαι· οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς γνωμολογίας οὐκ ἐν καιρῷ παρενθήκη φιλοτιμίας ἐστὶ περιέργου καὶ περιττῆς. τὰ δ' ἄλλα οὐτι ἐς μῶμον ἔχει. *dictio eius lepore ac venustate non caret. verumtamen modificatarum vocum et allegoricorum sensuum nimis crebra usurpatione, cum fastidio legentium, tandem friget et iuveniliter ineptit oratio. quin*

\*) Interpres Hist. Trip. retinuit Graecum verbum lib. 9. Auct. Hist. Misc. lib. 13 Latine scripsit antigrapheus. sic enim ibi leg. et Idatius in praefatione Chronici. alii contrascriptorem vertunt. vide Salm. ad Hist. Aug. scriptores p. 480, 481 et 485.

*etiam intempestiva sententiarum intermistio diligentiam nimis curiosam et supervacaneam olet. caetera in reprehensionem non cadunt.* huic iudicio et nos suffragamur, dictionisque elegantiam ex tropis, tum iis qui in uno verbo tum iis qui in oratione cernuntur, magnam partem a Simocatta quaesitam, et comparatam concedimus. tropi autem ut rariores ornatum, sic frequentiores non solum satietatem et ineptiam, sed insuper obscuritatem pariunt. recensere huiusmodi tropos hoc loco nihil attinet, cum res perspicua sit, de qua loquimur. est et aliunde parum nonnunquam dilucidus hic auctor, ut interpretem etiam me eruditorem pudere non debeat id candide confiteri. quod de sententiis non opportune insertis queritur Photius, id aliquando factum a Simocatta non memini. curiose quidem et fortasse plus satis diligentem alicubi non negaverim, et in sententiis quoque crebrum esse fateor: nec ob id diem illi dicendum puto. invenitur praeterea aliquanto verbosior, quod Photium praeterisse miror; et idem vel continenter repetit, vel pluribus quam opus est dicit. sed enim haec tria a reprehensione haud aliena multis laudabilibus egregie compensat. est quippe rebus illustris et magnificus; tametsi non omnia Mauricii, sed bella cum Persis potissimum, nempe quinque libris prioribus, persequitur: reliquis tribus adversum Abares et Sclavinos sive Slavos gesta, necnon funestum eius exitum complectitur. magnam habet casuum varietatem, quae legentes mirabiliter retinet. genus scribendi, si totum simul universe spectemus, sane elaboratum, prudens, grave, iucundum, disertum, planeque oratorium. affert ad vitam humanam ex rerum vicissitudine ac mutatione quam rectissime instituendam documenta utilissima, eo siquidem fine potissimum historia textitur, ut aliorum exemplo velut in speculo, quid in moribus nobis sectandum fugiendumve sit, contemplemur. nec lectorem suum tantummodo meliorem sed etiam doctiorem dimittere studet; et cum alios summi ordinis scriptores, tum Homerum se non oscitanter legisse ostendit. multa nihilominus particulatim laudari in hac historia Mauriciana possunt, ut descriptiones montium, fluminum, castellorum, locorum, pugnarum, rituum; orationes partim sacrae, partim civiles, partim militares, sententiis ornatissimae ac robustissimae et omnino elo-

quentissimae; similitudines ad illustrandum accommodatae; multa prudenter dicta, multa pie explicata. si igitur historia quoquo modo scripta delectat, haec historia scripta ad hunc modum necesse est multo amplius delectet; in cuius contextu Graeco innumeris locis emendando et interpungendo nos etiam atque etiam maioremque in modum laborasse credas velim.

Iam vero Photius, qui in iudicio de hac historia ferendo acutum se praebuit, in synopsisibus seu argumentis singulorum librorum conficiendis parum accurate fideliterque versatus est. haud enim ipsemet ex lectione et memoria illas composuit (quod multis iam persuasum opinor, qui Theophylactum nostrum nondum viderunt et Photianam Bibliothecam evolverunt) sed lemnata seu summulae sectionum, ab aliquo lectore aut librario inductarum, et in vestibulo totius operis, ut mos est, simul ordinatim positas, ut invenit, ita in octo fasciculos constrinxit, ac nihil pene a se animadversum interiiciens, alienum laborem pro suo nobis obrusit et fucum fecit. cum autem lemnata illa nunc imperfecta sint, nunc minus quam pro re contineant, nunc plus contineant, nunc ab ordine rerum narratarum discrepent, nunc falsa sint, haec omnia vitia in epitomis Photianis aequae reperiuntur. quibus nos tollendis operam dantes, epitomas ad ipsam narrationis integritatem, seriem veritatemque accommodavimus; quod facile perspiciet, qui periochas istas sive argumenta sive synopses, ut nobis placuit appellare, cum iis quae apud Photium leguntur conferre voluerit. quamobrem etsi eius nomen in his omittere sine piaculo poteramus, ne tamen quispiam recognitionis seu emendationis nostrae ignarus aut nos tam nobilem scriptorem nondum vidisse admiraretur, aut illi gloriam suam invidisse opinaretur, synopsis singulis Photii patriarchae, immo pseudopatriarchae nomen praeposuimus. in capita unumquemque librum nos primum nostrum secuti iudicium divisimus, et suum cuique argumentum praescripsimus.

#### DE INSCRIPTIONE HUIUS HISTORIAE.

Libros hosce *ὀκτωμηνιχὴν ἱστορίαν* non ab ipso historico, sed ab aliquo ipsius studioso lectore aut librario inscriptos existimo, quod observarim vetustos scriptores de titulis monimen-

torum suorum sive de inscriptionibus adeo parum fuisse sollicitos, ut eos saepe omiserint. in quo posteris errandi, ne dicam ineptiendi data est occasio. splendida sane appellatio, et quae universam quandam orbis seu rerum per orbem gestarum explanationem polliceri videatur, cum tamen nonnisi Mauricii res, neque illae omnes hoc volumine explicentur, multa siquidem etiam alibi et in Occidente et in Italia praecipue gessit. quid ergo? arbitror inventorem huius inscriptionis ad ipsum imperatorem, qui tum nullo alio Occidentis imperatore *οικουμενικὸς* dici vere potuit, respexisse, ut non tam oecumenica quam oecumenici historia nominanda videatur. nos ut omnem ambiguitatem obscuritatemque fugeremus, simpliciter nec falso, et quod satis est, historiam Mauricii imperatoris inscripsimus, non impediētes, si quis nihilominus *οικουμενικὴν* voluerit appellare.

#### QUI RES MAURICII PERSCRIPSERINT.

Quanquam de hoc magno et illustri imperatore complures scripserunt, duos tamen potissimum laudandos caeterisque sine ulla controversia longissime anteponeudos video, Evagrium, omnium antiquissimum et ipsius Mauricii aequalem, cuius extant libri historiae ecclesiasticae (qui cum nonnisi ad duodecimum eius annum pervenerit, apparet ante illum vita excessisse: Mauricius quippe annis viginti imperio praefuit), et Theophylactum hunc nostrum, qui proxime secutus est Evagrium, scripsitque regnante Heraclio Phocae successore, et scripsit ex instituto libris 8 historiam Mauricii, accuratissime et elaboratissime, ut videbis, ex quo tanquam flumine caeteri rivus suos deduxerunt, inprimis Theophanes, qui, quod Iustinus Trogo Pompeio et Xiphilinus Dioni, hoc ipse Simocattae fuit: compendium enim quoddam confecit, et id Anastasius Bibliothecarius interpretatus est pene totum. Paulus Diaconus in Miscella, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus Callistus. omnes isti suas narrationes hinc derivarunt, secundum Theophanem Nicephorus potissimum, verum nos dulcius ex ipso fonte bibamus. multo enim apud nostrum omnia copiosius et diligentius (tametsi non sine digressionibus, sed utilibus et iucundis) explicantur. et gratia magna Nobili ac Magnifico D. Ioanni Georgio

Herwardo ab Hohenburg, Serenissimi principis Bavariae consiliario intimo et inelytorum statuum Bayaricorum cancellario, cuius cura et impulsu factum est ut edito catalogo codices Graeci manuscripti bibliothecae Bavariae cum doctis viris aliquando ad publicam utilitatem communicarentur. in quibus hunc diutius iacere in tenebris non oportuit.

### DE OMISSIS A SIMOCATTA.

De caeteris a scriptore hoc in Mauricii rebus praetermissis, et quia perpauca et quia non magni momenti sunt, nihil dicam. illa a reliquis omnibus posita et narratione ac scitu dignissima, quare tacuerit (ignorare enim ea non potuit) coniectura indagemus licet, crudelitatem in captivorum duodecim millia, quos cum non ita grandi pecunia redimere potuisset (non enim plus nummo aureo in caput constituebat Chaganus, immo dimidium), ex avaritia noluit, atque ita ut omnes ad unum mactarentur in causa fuit. et displicuit hoc verbum coram domino. quamobrem per quietem se ad Christum iudicem citari et accusari a captivis vidit. interrogatusque hicne an in futura vita pretium sibi pro scelere vellet reddi, hic hic, misericors domine, respondit. tum iudex, tradite illum Phocae cum uxore et liberis. experrectus Philippicum sororis maritum repente accersivit; et quoniam eum tyrannidis suspectum habebat ideoque in carcerem coniecerat, in genua procidens veniam ab eo petivit. haec a Theophane fusius exponuntur. perstringit ea duntaxat Nicephorus lib. 18 cap. 38.

### DE LIBERTATE AUCTORIS IN APPELLATIONIBUS.

Monendus mihi es, bone lector, Theophylactum in Persis et Perside nominandis esse copiosum et varium. nominat enim illos etiam Babylonios, Parthos, Medos, Chaldaeos, barbaros; hanc Medicam et Babyloniam (quo vocabulo et Seleuciam, regiam sedem, aliquoties intelligit: nam et Babylonia dicta est), sive poetas imitans, qui vicinorum nominibus in appellandis locis et gentibus utuntur; sive quia olim sub eadem monarchia omnes fuerunt; sive quia alii ex aliis descenderunt et alii post alios rerum potiti sunt. cui rei probandae faciunt illa verba legati Chosroae regis Persarum ad Mauricium imperato-

rem lib. 4 cap. 13: ἢ οὐκ ἐκ Βαβυλωνίων Μηδοί, ἐκ δὲ Μηδῶν οἱ Πέρσαι, μετὰ δὲ τούτους οἱ Πάρθοι, ὡς περ τινὶ ἀκολουθία διαδοχῆς τὴν Χαλδαίων εὐδαιμονίαν ἐκτίσαντο; *annon e Babyloniiis seu Assyriis Medi, ex Medis Persae, ex his Parthi, quasi quadam consequenti successione Chaldaeorum opes acquisiverunt?* poëtas autem uti vicinorum nominibus in gentibus et populis appellandis, atque adeo in Persis, de quibus agimus, testis locuples erit Horatius, apud quem etiam Medi et Parthi, plane sicut a nostro Simocatta, nominantur. ab historicis Graecorum quoque bellum Graecis a Xerxe illatum τὰ Μηδικὰ saepe dicitur. Abares etiam modo Scythas, modo Hunnos, modo Turcas vocat. nos Persarum et Persidis nomina ad vitandam ἀμφιβολίαν et confusionem lectorum, ubi sensus patitur, ubique retinemus. interdum Romanos (hoc est Graecos), qui a temporibus usque Constantini M. propter imperii sedem in Orientem translata ita coepti sunt nominari, ut annotationibus in Cantacuzeni historiam docuimus, etiam Latinos appellat. caetera quae te scire volo, in notis exspectato.

---

ΘΕΟΦΥΛΑΚΤΟΥ ΣΙΜΟΚΑΤΤΑ

Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Α Ι





P H O T I I  
 I N T H E O P H Y L A C T U M  
 S U M M A R I A  
 C O D . L X V .

<sup>1</sup> *Ανεγνώσθη Θεοφυλάκτου ἀπὸ ἐπύρχων καὶ ἀντιγραφείως ἱστοριῶν λόγοι ὀκτώ. ἔστι δὲ οὗτος ὁ Θεοφύλακτος τῷ γένει Αἰγύπτιος. ἣ μὲντοι φράσις αὐτῷ ἔχει μὲν τι χάριτος, πλήν γε δὴ ἡ τῶν τροπικῶν λέξεων καὶ τῆς ἀλληγορικῆς ἐννοίας κατακο-*  
*5 ρῆς χρῆσις εἰς ψυχρολογίαν τινὰ καὶ νεανικὴν ἀπειροκαλίαν ἀπο-*  
*τελευτᾷ. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ τῆς γνωμολογίας οὐκ ἐν καιρῷ πα-*  
*ρενθήκη φιλοτιμίας ἐστὶ περιέργου καὶ περιττῆς. τὰ δ' ἄλλα*  
*οὐ τι ἐς μῶμον ἦκει. ἄρχεται δὲ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τοῦ Μαυρικίου,*  
*καὶ κάτεισι μέχρι τῆς Φωκῆ ἀναρρήσειως. ἐν μὲν οὖν τῷ πρώτῳ*  
*10 λόγῳ διέξεισιν ὅπως ὁ Μαυρῆκιος ὑπὸ Τιβερίου τοῦ βασιλέως*  
*ἀναγορεύεται βασιλεὺς, Ἰωάννου κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῆς Κων-*  
*σταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας προεστηκότος. ὅσα τε εἰς νοθε-*  
*σίαν εἶπε Μαυρικίου, Ἰωάννη τῷ κναίστωρι χρώμενος ὑπουργῶ*

**L**ecti sunt Theophylacti expraefecti et scribae octo libri histo-  
 riarum. est hic Theophylactus domo Aegyptius. dictio illius Veneris  
 aliquid habet, nisi quod figuratis vocibus et allegoricis sensibus putide  
 nimis ac frequenter ad satietatem usus in frigiditatem quandam et iuve-  
 niles ineptias delabatur. veruntamen et sententiarum illa interiectio mi-  
 nus opportuna diligentiam arguit et curiosam et supervacaneam. cetera  
 bonus in reprehensionem non incurrit. auspicatur a Mauricii imperio et  
 usque ad promulgationem Phocae successoris eius narrationem pertexit.  
 percenset primo libro, quo pacto Mauricius a Tiberio renuntiatus sit  
 imperator, Ioanne id temporis ecclesiam Constantinopolitanam admini-  
 strante; quaeque eundem inauguraturus admonerit, interprete adhibito  
 Ioanne quaestore, quem ut cum ad Mauricium tum ad populum coram

τῶν λόγων, ὃς πρὸς τε αὐτὸν Μαυρίκιον καὶ τὸν δῆμον τὴν ἐν τῷ λόγῳ προῦξιν ἐτάχθη πληροῦν τοῦ βασιλείως. ὅπως τε αὐτῷ τὴν θυγατέρα κατενεγέρησεν, ὅπως τε τῇ ὑστεραία τῆς Μαυρικίου ἀναρρήσεως ἐτελεύτησε, καὶ ὡς πρὶν ἢ τελευτήσαι αὐτὸν εἶδεν ὄψιν λέγουσαν αὐτῷ “τάδε σοι, Τιβέριε, τὸ τρισάμιον λέγει· 5 οἱ τύραννοι τῆς ἀσεβείας ἐπὶ τῆς σῆς βασιλείας οὐ φοιτήσουσι χρόνοι.” ἦν δ’ ἄρα ἐκεῖνα τραγωδίας τινὸς προαγόρευσις τῆς ἀνὰ τὸν παλαμναῖον Φωκῶν ἀνοσιουργοῦ τυραννίδος. ἔτι δὲ καὶ ὡς πρὸς Ἀβάρους ἤδη μικρῷ πρόσθεν τὸ Σίρμιον πολιορκήσαντας Μαυρίκιος σπονδὰς ἔθετο, ἀν’ ἔτος ἕκαστον τοῖς βαρ- 10 βάρους συνθέμενος ἐγκαταβάλλεσθαι δι’ ἐμπορείας ἀργύρου τε καὶ ἐσθῆτος χρυσοῦ χιλιάδας π’. αἱ μέχρις ἐνιαυτῶν δύο διήρκεσαν, ὑπὸ τῆς βαρβαρικῆς ἀπληστίας λυθεῖσαι· εἴκοσι γὰρ χιλιάδων χρυσοῦ ὁ βάρβαρος προσθήκην ἐζήτει. ἔξ οὗ λύσις γέγονε τῶν σπονδῶν. καὶ ἀλίσκεται ὑπὸ τῶν βαρβάρων Σιγγηδῶν 15 ἢ πόλις καὶ Ἀγούστα καὶ τὸ Βιμινάκιον, πολιορκεῖται δὲ καὶ Ἀγγιαλὸς πόλις. καὶ πρесеβέονται Ἐλπίδιος καὶ Κομεντιόλος Ῥωμαίων πρέσβεις πρὸς τὸν τῶν Ἀβάρων Χαγάνον, καὶ ἀτιμοῦνται, ἅτε δὴ Κομεντιόλου παρρησιασασμένον πρὸς τὸν βάρβαρον. τοῦ δὲ ἐπιγενομένου ἔτους πάλιν Ἐλπίδιος πρὸς τὸν Χα- 20 γάνον διαπρесеβεύεται ἐπὶ τῷ καὶ τὰς εἴκοσι χιλιάδας προστεθῆναι. καὶ λαβὼν Ταργίτιόν τινα ἀπὸ τῶν Ἀβάρων ἐς Βυζάντιον ἦκεν. ἐπεὶ δὲ οἱ βάρβαροι πολλὰ τῶν Ῥωμαίων ἐλήθζοντο, Ταργίτιος εἰς Χαλκίδα νῆσον ἐξορίζεται, μηνῶν ἕξ τῇ ἐξορίᾳ παρα-

praesentem nomine suo verba faceret, ipsemet delegerat. quomodo eisdem Mauricio filiam suam desponderit, ac postera luce e custodia corporis evolarit. quale visum ante mortem ei oblatum, istanc vocem dederit, “Haec tibi, Tiberi, ter sanctum numen dicit, tyrannica impietatis tempora te imperante non venient.” erant haec nimirum alicuius tragoediae, calamitatisve praenuntia; nempe tyrannidis, quam sceleratus, et cruentus ille Phocas arripuit. praeterea quemadmodum cum Abaris, qui non ita pridem Sirmium ditioni suae subdiderant, Mauricius foedus composuerit, pactus, in annos singulos iisdem octoginta millia in veste et argento a mercatoribus soluturum. verum pensio ista ne ad biennium quidem cupiditati et avaritiae barbarorum satis fuit, siquidem Chaganus eorum princeps, uti vicena millia adiaceerentur postulavit. eo postulato reiecto foedus infirmatur. Singidon, Augusta, Viminacium urbes subiguntur. Anchialo oppugnatio admoveatur; Elpidius et Comentiolus ad Chaganum legati indigne accipiuntur, quod hic videlicet hominem liberius compellaverat. anno ab hoc altero Elpidius iterato ad Chaganum super vicenis aureorum millibus addendis mittitur, et cum Targitio quodam ex Abaris Byzantium redit. Comen-

ταθέντων. στρατηγὸς δὲ αἰρεθεὶς Κομεντίολος κατὰ Σκλαβήνων  
 ἤνδραγάθησε. καὶ ὅπως πάλιν ὁ Χαγάνος τὰς σπονδὰς συγγεῖ·  
 καὶ περὶ Βουκολόβρα τοῦ μάγου. πρόθησις τε πλείστων πόλεων  
 Ῥωμαϊκῶν ὑπὸ τῶν βαρβάρων. εἶτα τὸν πόλεμον διέξιμι τῶν  
 5 Περσῶν καὶ Ῥωμαίων τὸν ἐπὶ τὸν Νυμφίον ποταμὸν, τὸν τε  
 γάμον Μαυρικίου καὶ Κωνσταντίνης τῆς Τιβερίου θυγατρὸς.  
 διαλαμβάνει δὲ καὶ περὶ τοῦ γενομένου ἐμπρησμοῦ, ὃς ἐν τῷ  
 φόρῳ κατὰ τὰ προοίμια τῆς βασιλείας Μαυρικίου συνέβη, καὶ  
 περὶ τῆς ἀναιρέσεως Παυλίνου τοῦ γόητος, καὶ περὶ τοῦ θαύμα-  
 10 τος τοῦ κατὰ τὴν κόγχην Γλυκερίας τῆς μάρτυρος, ὅπως τε  
 Ἰωάννης ὁ πατριάρχης, φιλανθρωπότερον δοκοῦντος ἔχειν τοῦ  
 βασιλέως, αὐτὸς πρὶ παραδοθῆναι τὸν γόητα δυσχυρίζετο, πα-  
 ρουφαίνων τῷ λόγῳ καὶ τὴν ἀποστολικὴν ῥῆσιν. καὶ ὅτι Παυλι-  
 νὸς τε καὶ ὁ παῖς, κοινωνὸς ὢν τῆς ἀσεβείας, τὴν ἐπὶ θανάτῳ  
 15 ἀπήχθησαν, ξίφει τὸν βίον καταστρεψάμενοι. ἔτι τε περὶ τῶν  
 Ἀφούμων καὶ Ἀκβῦς τῶν φρουρίων. ἐμπεριέχεται δὲ τῷ λόγῳ  
 μάχῃ Ῥωμαίων καὶ Περσῶν, καὶ ὅπως ὁ Ἰωάννης καταστρατη-  
 γεῖται ὑπὸ τῶν βαρβάρων. ἔτι δὲ καὶ ὁ μέγας σεισμὸς ὁ γενόμε-  
 νος κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀναγορεύσεως Μαυρικίου, καὶ περὶ τῆς  
 20 ὑπατείας αὐτοῦ. ὅπως τε Φιλιππικὸς ὁ ἐπ' ἀδελφῇ τοῦ βασι-  
 λέως Γορδία γαμβρὸς τῆς ἐώς δυνάμεως προχειρίζεται στρατη-  
 γὸς, καὶ αἱ ἀνδραγαθίαι αὐτοῦ, ἀναχώρησις τε ἐκ τῆς Μηδικῆς  
 τῶν Ῥωμαίων. καὶ ὅπως ἀνδρῶν τὸ Ῥωμαϊκὸν ἐκινδύνευσεν,  
 ὅπως τε τὴν Ἀρζανητὴν χώραν ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς προνομή

tiolus contra Slavinos sive Sclavos dux creatus rem cum virtute gerit.  
 Chaganus propter Barcolabram magum foedera denuo confundit. cum-  
 que Abares complura Romanorum oppida depopularentur multisque locis  
 vastitatem inferrent, Targitius in insulam Chalcitidem ad senos menses  
 relegatur. Romanorum Persarumque ad Nymphium flumen conflictus.  
 Mauricium inter et Constantinam Tiberii filiam nuptiarum sacra obeun-  
 tur. in ipso primordio imperii Mauricii exortum in foro incendium.  
 miraculum conchae seu pelvis Glyceriae martyris. Paulinus praesti-  
 giator deprehenditur. imperatore ad clementiam propendente, ut appa-  
 ret, Ioannes patriarcha veneficum rogo cremandum instat, dictaque ver-  
 bis Apostolicis confirmat. Paulinus in crucem tollitur: eius filio impie-  
 tatis consorti caput a cervicibus abscinditur. de Aphumis et Acbas  
 castellis. Persarum et Romanorum certamen. Ioannes dux astu militari  
 victus. Mauricio imperium occipiente horribilis terraemotus. eiusdem  
 consulatus. Philippico imperatoris sororio (Gordiam quippe illius ger-  
 manam habebat in coniugio) orientalium copiarum praefectura mandatur.  
 Eius egregia facinora. Romanorum e Perside abito. sitis immensitate  
 propemodum extinguuntur. captivos trucidant. Arzanenam regionem

παραδέδωκεν, ἀριστεία τε τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως, καὶ ὅπως τὰ κατὰ τὴν Μαρτυρόπολιν ὁ Περσῶν στρατηγὸς κατεπόρθησε. πρεσβεία τε Περσῶν πρὸς Ῥωμαίους πρώτη καὶ δευτέρα. ταῦτα μὲν ἐν τῷ πρώτῳ λόγῳ.

2. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ διαλαμβάνει περὶ τοῦ ὄρους τοῦ 5 Ἰζαλά, περὶ τε τῆς κατὰ τὸν Καρδαρηγὰν τὸν τῶν Περσῶν στρατηγὸν ἀλαζονείας. ὅπως τε Φιλιππικοῦ τε καὶ Ῥωμαίων πρὸς τὸν Καρδαρηγὰν καὶ Πέρσας μάχη περὶ τὸ Ἀρζάμων συνέστη, καὶ ὅπως ὁ Φιλιππικὸς τὴν ἀχειροποίητον εἰκόνα φέρων περιήει καθαγιαῖζων τὸ στράτευμα, καὶ ὡς νίκη ἐπιφανεστάτη τότε Ῥω- 10 μαίων ἐγένετο, ὅπως τε ἡ ἀχειροποίητος πρὸς Συμεώνην τὸν ἐπίσκοπον Ἀμίδης μετὰ σεβασμιότητος ἀποστέλλεται. σκυλεύεται δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων τὸ βάρβαρον, καὶ φεύγει ὁ Καρδαρηγὰν ἐπὶ τὸ Δαρύς, καὶ ὅπως οἱ Δαρηνοὶ ἀπὸ τοῦ ἕστεος αὐτὸν ἀποπέμπονται διὰ τὸ κατὰ κράτος ἤττηθῆναι. ὅπως τε ὁ Ῥωμαίων στρα- 15 τιώτης τὸ σῶμα κατετέρωτο· ἦν δὲ τῆς τῶν Κουαρτοπάρθων τάξεως, οὕτω καλουμένων τῶν ἐν Βεροία πόλει τῆς Συρίας τὰς διατριβὰς ποιουμένων. περὶ τε τῆς ἐπιστρατείας Ῥωμαίων κατὰ τῆς Ἀρζανηνῆς, καὶ ὅπως Μαρονθαῦς καὶ Ἰώβιος οἱ ἡγεμόνες αὐτῆς αὐτομολοῦσι πρὸς Φιλιππικὸν καὶ Ῥωμαίους. καὶ περὶ 20 τῆς ἰδιωτικῆς δυνάμεως τῆς συναθροισθείσης ὑπὸ τοῦ Καρδαρηγὰν εἰς τὸ ἔξαπατῆσαι Ῥωμαίους. καὶ ὅπως Ἡράκλειος ὁ Ἡρακλείου τοῦ αὐτοκράτορος πατὴρ ὑπὸ τοῦ Φιλιππικοῦ ἐπὶ κατασκοπῇ τῶν πολεμίων ἀποσταλεὶς παραδόξως διασώζεται. καὶ περὶ Ζαβέρτα τοῦ Πέρσου, καὶ ὅπως τῆς τῶν Χλομαρῶν πο- 25

militi depraedandam dux Romanus permittit. a bellandi peritia commendatur. Scipio Africanus maior laudibus effertur. Persae haud procul Martyropoli grassantur. eorum ad Romanos legatio. Hactenus liber primus.

2. Mons Izala. Cardarigani Persarum ducis arrogantia. Romanorum cum Persis apud Arzamonem fluvium congressus. Philippicus imaginem non manufactam portans circumeundo exercitum sanctificat, et Romani victoria clarissima potiuntur. eadem imago ad Simeonem Amidae Antistitem transmittitur. Barbarorum spolia Romani legunt. Cardariganus Daram confugiens ut victus oppido a Darenis excluditur. Romani militis e cohorte Quartoparthorum (sic enim nominantur qui Berrhoeae in urbe Syriae commorantur) corpus vulneratum. in regionem Arzanenem Romanorum expeditio. Maruthas et Iobius duces eius ad Philippicum transfugiunt. Cardarigas belli rudes ad Romanos circumveniendos conscribit. Heraclius Heraclii Augusti pater a Philippico hostes exploratum missus, mirabiliter servatur. De Zaberta Persa. Romani a castello Chlomarō obsidionem abstinent. Philippici repentina et

λιορκίας Ῥωμαῖοι ἀπέσχοντο. ἔτι δὲ περὶ τῆς ἀθρόας καὶ ἀλό-  
 γου φυγῆς Φιλιππικοῦ, καὶ τῆς γενομένης ἀταξίας τοῖς Ῥωμαί-  
 κοῖς ἐκστρατεύμασι. περὶ τε τῆς ἐνεχθείσης τῷ Φιλιππικῷ νό-  
 σου. καὶ ὅτι Ἡράκλειος ὁ Ἡρακλείου τοῦ αὐτοκράτορος πατὴρ  
 5 τὰς φροντίδας τῆς ἡγεμονίας ἀναδέχεται. ὅπως τε τοῖς μεσημ-  
 βρινοῖς τῆς Μηδικῆς προσβάλλει ὁ τῆς Ῥωμαίων δυνάμειος ὑπο-  
 στρατήγος· καὶ ὡς ἕαρος ὥρα προσβάλλουσι Ῥωμαῖοι κατὰ τῆς  
 Περσῶν πολιτείας. διαλαμβάνει τε ὡς Κομεντιόλος κατὰ τῶν  
 Ἀβάρων ἐκστρατεύει, ἔχων ὑποστρατήγους Μαρίνον καὶ Κά-  
 10 στον, καὶ ὡς εὐδοκιμοῦσιν οὗτοι κατὰ τῶν Ἀβάρων· ὕστερον δὲ  
 ζωγρεῖται ὁ Κάστος. καὶ ὅτι Ἀνσιμουθ τὸν ἕξαρχον τῆς περικῆς  
 Ῥωμαίων δυνάμειος οἱ Ἀβαροὶ ζωγρίαν ἔλαβον, καὶ κατέδραμον  
 τὰ ἀνὰ τὴν Θράκην αἱ δυνάμεις αὐτῶν. καὶ Κομεντιόλου διά-  
 σκεψις εἰ χρῆ ἐπιτίθεσθαι τοῖς Ἀβάροις, καὶ δημηγορία ἐπὶ τὸ  
 15 δεῖν ἐπιτίθεσθαι, καὶ ἀντιδημηγορία. ὅπως φωνὴ ἐμπεσοῦσα  
 τῷ στρατῷ τῶν Ἀβάρων ἔπρακτον τὴν τοῦ Κομεντιόλου ἐπίθε-  
 σιν τὴν κατὰ τοῦ Χαγάνου εἰργάσατο. καὶ περὶ Βουσαῦ τοῦ  
 στρατιώτου, ὅπως τε κνηγῶν ἐάλω ὑπὸ τῶν Ἀβάρων, καὶ ὅπως  
 ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ὑπεροφθεῖς πρῶτος διὰ τοῦτο τοὺς Ἀβάρους  
 20 πολιορκητικὰ ὄργανα ἐδίδαξε κατασκευάζεσθαι. ὅπως τε ὑπὸ  
 τοῦ Χαγάνου πολιορκεῖται Βερούη, καὶ ὅπως ἀποτυγχάνει τοῦ  
 ἔγχειρίματος. ὅπως τε Διοκλητιανοῦ πόλιν ὁ αὐτὸς πολιορκή-  
 σας ἀπρακτεῖ. καὶ ὅπως ὁ βασιλεὺς Μαυρίκιος ὑπὸ τοῦ ἀγε-  
 λαίου πλήθους τῶν Βυζαντίων ἐλοιδορεῖτο διὰ τὰ ἀπὸ τῶν βαρ-  
 25 βάρων συμβεβηκότα περὶ τὴν Εὐρώπην δυστυχήματα, ὅπως τε  
 ἐκπέμπει στρατηγὸν τὸν Ἰωάννην, ὃν ἐπεκάλουν Μυστάκωνα,

absurda fuga. in Romano exercitu trepidatio ac tumultus. Philippici  
 invaletudo. Heraclius Heraclii parens ducis munus capessit. Romano-  
 rum hypostrategus, sive subimperator, sive minor dux, Persas ad meri-  
 diem incurSAT. tempestate verna Romani in Persidem irrumpunt. Co-  
 mentiolus in Abaros movet, hypostrategos habens Martinum et Castum,  
 qui praeclarum nomen adipiscuntur. capitur Castus. Ansimuthum pedi-  
 tatus Romani ducem Abares captivum faciunt: superiorem Thraciam popu-  
 lantur. Comentioli deliberatio, ecquid Abares invadendi sint. in  
 utramque partem disseritur, clamor missus ausa Comentioli inania red-  
 didit. De Busa milite, quomodo per venatum in manus Abarum vene-  
 rit, et a civibus suis neglectus, ea de causa primus Abaros instrumenta,  
 machinasque oppugnatorias fabricare docuerit. Chaganus Beroen obsi-  
 dens, proposito excidit. idem Diocletianopolim oppugnare incassum in-  
 stituit, et a Philippopoli atque Adrianopoli repellitur. Mauricius impe-  
 rator a plebe Byzantina propter Castum et Ansimuthum duces captos  
 conviciis incessitur. Ioannem cognomento Mystaconem cum Hypostrat-

ὑποστράτηγον αὐτῷ καταστησάμενος Δρόκωνα, ὃς καὶ πολιορκουμένης ὑπὸ τῶν Ἀβάρων τῆς Ἀδριανουπόλεως συμμαχίας τοῖς πολεμοῖσι τὴν πόλιν διεσώσατο. διαλαμβάνει δὲ καὶ ὅπως ἰ Ἡράκλειος φρούριον Περσικὸν ἐνεχείρει τοῖς ὅπλοις ἐλεῖν, καὶ περὶ τοῦ Βεῖουδάεις φρουρίου, καὶ ὅπως παραδόξῳ ἀριστεία Σά-5 πηρος τοῦ στρατιώτου εἶλον τὸ φρούριον Ῥωμαῖοι. καὶ τὴν ἐν-δημίαν δὲ Φιλιππικοῦ περὶ τὸ βασιλεῖον ἔστιν.

3. Ὁ δὲ τρίτος λόγος διέξεισιν ὅπως χειροτονεῖται ἀντὶ Φιλιππικοῦ στρατηγὸς ὁ Πρίσκος τῆς ἐφῶς δυνάμεως, ὅπως τε Φιλιππικὸς διαφθορούμενος Πρίσκῳ πρὸς Ἡράκλειον ἔγραψεν<sup>10</sup> ἐμφανίσαι τῷ στρατῷ τῶν σιτήσεων αὐτῶν τὴν μείωσιν, καὶ ὅτι Πρίσκος προσπελάζων τῷ στρατοπέδῳ οὐκ ἀπέβη τοῦ ἵππου κατὰ τὸ παλαιὸν ἔθος καὶ οὕτως ἠσπάσατο τὸ στρατιωτικόν· διὸ τὸ στρατιωτικόν, ὅτι τε αἱ σιτήσεις ὑπετέμνοντο καὶ ὅτι ἠτι-15 μοῦντο, ἔστασίαζον. καὶ Πρίσκος ἐλιφρέδα δοὺς τὴν ἀχειρο-15 ποίητον δι' αὐτῆς ἐκλιπαρεῖν τὸ πλῆθος ἐτέχναζεν· οἱ δὲ καὶ ταύτῃ λήθοις ἔβαλον. διὸ φεύγει μὲν ἐν Κωνσταντίνῃ Πρίσκος, καὶ αἰρεῖται ὑπὸ τῆς στρατιᾶς Γερμανὸς αὐτοῖς στρατηγὸς ἀκού-20 σιος· καὶ ταύτης τῆς τυραννίδος κρατούσης πολλαὶ παρὰ Περ-σῶν συμφοραὶ τοῖς Ῥωμαῖοις ἐναπετίκτοντο. διὸ καὶ βασιλεὺς 20 παύει μὲν Πρίσκον, ἀνταποστέλλει δὲ Φιλιππικὸν πάλιν στρα-τηγόν. ἣ δὲ στρατιὰ καὶ πρὸς αὐτὸν ἔστασίαζε. καὶ πολιορκεῖται μὲν Κωνσταντῖνα ὑπὸ Περσῶν, ῥύεται δὲ τῶν κινδύνων ἐπιστάντος αὐτῇ Γερμανοῦ. καὶ πόλεμος Πέρσαις καὶ Ῥωμαίοις

tego Droctone mittit, cuius virtute Adrianopolim ab obsidione Abarum, pugnata cum illis pugna vindicat. Heraclius castellum Persicum, Mazororum Theodorus et Andreas expugnant. Iidem Biudaes, admiranda virtute Saperii militis obtinent. Philippicus in urbem imperantem proficiscitur.

3. Priscus Orientalibus copiis pro Philippico praeponitur. Philip- picus Prisco invidens, ad Heraclium scribit, uti annonae imminutionem exercitui significet. Priscus neglecto more veteri, veniens ad exercitum de equo non descendit, ut ita militibus de plano salutem diceret. quocirca quoniam et de comaeu amitterent, et honore suo fraudarentur, seditionem occipiunt. eos artificio quodam Priscus, circumlata imagine non ab homine confecta pacare studet. quam cum et ipsam lapidibus insectarentur, Constantinam fugit: in cuius locum Germanus, quanquam invitus sufficitur. his turbis vigentibus, Persae multis calamitatibus Romanos affligunt. quam ob causam imperator Prisco abdicato, Philippico muneris sui dignitatem restituit; in quem nihilominus exercitus calcitrat. Constantina a Persis obsessa Germani adventu periculo eripitur. Aristobuli opera exercitus erga ducem mitescit. Persarum Romanorumque

κατὰ τὴν Μαρτυρόπολιν γίνεται, καὶ νικῶσι Ῥωμαῖοι λαμπρῶς, ἅτε τοῦ Περσῶν στρατηγῶ Μαρούζα καὶ τρισχιλίων πεσόντων, χιλίων δὲ ζωορηθέντων. καὶ διαλλάσσεται πρὸς τὸν αὐτοκράτορα δι' Ἀριστοβούλου τὸ στρατόπεδον· γίνεται τε κατὰ τὸ 5 φρούριον Γιληγεδῶν τῶν δεσμοτῶν Ῥωμαίων ἀριστεία. καὶ Γρηγόριος ὁ Ἀντιοχείας ἀρχιερεὺς Φιλιππικὸν διὰ προεβείας ἀποκαθίστησι τῷ στρατεύματι. ἀλίσκεται δὲ ὑπὸ Περσῶν ἡ Μαρτυρόπολις διὰ Σίττα δόλω, καὶ ἀποχειροτονεῖται Φιλιππικός, καὶ Κομεντιόλος ἀντ' αὐτοῦ τὸν Περσικὸν ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος 10 πιστεύεται πόλεμον. οἱ δὲ Γέται ἦτοι Σκλάβοι τὰ περὶ τὴν Θράκην ἐλυμαίνοντο, ἡ Ῥώμη δὲ πρὸς τοὺς Λογγιβάρδους ἀνθωπλίζετο, καὶ Λιβύη τῶν Μαυρουσίων περιεγίνετο. Κομεντιόλου δὲ στρατηγοῦντος συμπλέκονται περὶ τὸ Σισάρβανον πλησίον Νίσιβος Πέρσαι καὶ Ῥωμαῖοι, καὶ νικῶσι κατὰ κράτος Ῥωμαῖοι, 15 Ἡρακλείου περιφανῶς ἐνευδοκιμοῦντος τῷ δόρατι· πίπτει γὰρ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν Περσῶν στρατηγὸς Φραάτης, καὶ σκυλεύεται τὸ πολέμιον. ἔτι δὲ διαλαμβάνει ὅπως ὁ Βαράμ Τούρκους καταπολεμήσας, καὶ πολὺν πλοῦτον Ὀρμίσδα τῷ βασιλεῖ ἐκείθεν χορηγήσας, ἤρε τὴν μάχαιραν καὶ κατὰ Σουανίας· Ῥωμαῖοι δὲ 20 Ῥωμανοῦ στρατηγοῦντος συμπλέκονται Βαράμ καὶ τῷ ὑπ' αὐτὸν στρατῷ, καὶ κατὰ κράτος νικῶσι. καὶ ὡς διὰ τὴν ἤτταν Ὀρμίσδας τῷ Βαράμ ἐπονειδίζων γυναικεῖαν ἔστειλεν ἔσθῆτα· ὁ δὲ ἀνθύβριζε, θυγατέρα Χοσρόου ἀλλ' οὐχ υἱὸν Ὀρμίσδαν τοῖς γράμμασιν ἐπιγραφόμενος. ἐν ᾧ καὶ Ἀρμένιοι ὑποθήκαις Σαβ- 25 βατίου τὸν μὲν σφῶν στρατηγὸν Ἰωάννην ἀναιροῦσι, προσχωρεῖν

ad Martyropolim conflictus, et horum victoria praedicanda, duce Maruza interfecto et tribus Persarum millibus captis. cum imperatore in gratiam reditur. in castello Giligerdo Romanorum captivorum generosa virtus. Gregorius archipraesul Antiochenus Philippico per legatos militum voluntates recuperat. Sittae dolo et impostura Persae Martyropoli potiuntur. Philippicus gradu deicitur, et Comentiolo bellum Persicum decernitur. Getae sive Sclavi Thraciae finitima incursant. Roma in Longobardos vicissim arma capit. in Lybia Mauri vincuntur. apud Silarbanum prope Nisibim Comentioli ductu Romani Persas summa ope, Heraclio ad famam insigniter dimicante, debellant. dux ipse Aphraates oppetit; spolia leguntur: imperatori pretiosa inde munera transmittuntur. Varamus Turcis superatis Suaniam aggreditur. de Varamo Romani Romano duce triumphant: cui victo exprobrandi causa Hormisdas muliebrem stolam mittit. ille contumeliam contumelia ulciscendam ratus, in epistolae inscriptione Chosroae non filium sed filiam appellat. Armenii Symbatii cuiusdam impulsu Ioannem praetorem suum trucidant,

δὲ Πέρσαις ἐγχειροῦσι. Κομεντίολος δὲ σταλείς ὑπὸ τοῦ βασιλέως τὴν τε στάσιν κατευνάζει καὶ Σαββάτιον εἰς Βυζάντιον ἄγει· ὁ δὲ Θηρίοις βορὰ γενέσθαι καταδικάζεται, φιλανθρωπία δὲ βασιλικῇ τοῦ θανάτου ἀπολύεται. Ὁρμισδὰς δὲ Σαράμην κατὰ Βαρὰμ ἀποστέλλει· Βαρὰμ δὲ μάχη νικήσας Σαράμην ἐλεφάντων βορὰν ἐποιήσατο, καὶ ἀναφανδὸν κατὰ Ὁρμισδα παρατάσσεται. ὁ δὲ Βαρὰμ ἐπὶ τοσοῦτο δόξης ἦν κεχωρηκῶς πρὶν ἢ μελετῆσαι τὰ τῆς ἀποστασίας, ὡς μετὰ γε βασιλέα μηδένα τῶν πάντων μείζονα δόξαν ἔχειν αὐτοῦ· ὁ γὰρ κοροσπαλάτην Ῥωμαῖοι καλοῦσι, ταύτης ἀπήλανε τῆς τιμῆς. ἔμπεριέχεται δὲ τῷ λόγῳ καὶ ἀναδρομῇ τῶν συγκυρησάντων περὶ τοὺς προεσβυτέρους χρόνους, καὶ σύντομος ἀφήγησις τῶν κεκνημένων ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἰουστίνου καὶ Τιβερίου τῶν αὐτοκρατόρων, καὶ περὶ τῆς ὠμότητος Ὁρμισδοῦ τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ τῆς Περσικῆς γενεαρχίας ἀφήγησις. ταῦτα μὲν καὶ ὁ τρίτος. 15

4. Ὁ δὲ τέταρτος διαλαμβάνει ὅπως τε Πέρσαις ὁ ἐμφύλιος ἐκρατύνετο πόλεμος, καὶ ὅσα συνεκέρησε κατὰ τὴν τυραννίδα Βαρὰμ τρόπαιά τε καὶ εὐτυχήματα· καὶ ἡ τοῦ Φερεχάνους ἀναίρεσις καὶ ἡ Ζαδέσπρα προσχώρησις, ὅπως τε ὑπὸ Βινδίου καθαιρεῖται τῆς βασιλείας Ὁρμισδὰς, ὅπως τε ἤτησε δέσμιος ὢν δημηγορεῖσαι, καὶ ὡς δημηγορεῖ, ὅπως τε Βινδόης δημηγορεῖ, καὶ κατισφάζεται ἐνώπιον Ὁρμισδα ὁ παῖς καὶ τεμαχίζεται ἡ βασιλεύς, καὶ τυφλοῦται καὶ αὐτὸς Ὁρμισδὰς· ὅπως τε ὕστερον ὑπὸ τοῦ παιδὸς Χοσρόου, ὃν ἐστήσαντο Πέρσαι βασιλέα,

et ad Persas deficere instituunt. missus ab imperatore Domenziolus tumultum sedat, et Symbatium Constantinopolim ducit: ubi sententia iudicium a bestiis dilaniandus benignitate et clementia imperatoris conservatur. Soranem ab Hormisda contra se missum Varamus potentior elephanto obiicit. Varamus, qui antequam defectionem meditaretur, eo honoris et auctoritatis processerat ut facile secundus a rege numeraretur (siquidem Curopalatae, ut Romani vocant, magistratum gerebat), aperte regi bellum facit. repetitio rerum vetustioris cuiusdam memoriae, gestorumque adversum Persas Iustino et Tiberio imp. compendiosa narratio. Hormisdæ regis Persarum crudelitas. principes familiae apud Persas.

4. Bellum civile inter Persas robur validum acquirit. Varami tyranni prosperi successus. Pherochanis trucidatio. Zadesprae ad hostes transitio. Hormisdas a Bindoe regno deturbatus e vinculis concionandi facultatem impetrat, in quem Bindoes asperius verba fecit. Hormisdæ filius minor ante oculos patris mactatur, regina frustatim dissecatur: ipse terebratis luminibus caecatur, postmodumque a Chosroe filio seniore, quem sibi regem Persae elegerant, fustuario interimitur. Varami tyran-



ῥοπάλους ἀναιρεῖται. ἐπικράτειά τε τῆς τυραννίδος Βαράμ, καὶ  
 φωνῇ Χοσρόου τοῦ Περσῶν βασιλέως, ὅπως τε ἐπὶ τὸ Κιρκήν-  
 σιον ὁ Περσῶν βασιλεὺς παραγίνεται, προσχωρήσας Μαυρικίῳ  
 τῷ αὐτοκράτορι, ὅπως τε διαπρεσβεύεται πρὸς αὐτόν. περὶ  
 5 Βαράμ δὲ πάλιν, ὅπως τετραζόμενος ὑπ' αὐτῶν ἀναρρηθῆναι  
 βασιλεὺς καὶ μὴ τυχῶν ἑαυτὸν ἀνηγόρευσε βασιλεῖα. ὅπως ὁ βα-  
 σιλεὺς Χοσρόην ἐπὶ τὴν ἱερὰν πόλιν μετέγει, βασιλεῖον αὐτῷ  
 θεραπείαν συστησάμενος. καὶ περὶ τῶν συγκυρησάντων Βαράμ  
 καὶ Χοσρόη πρὸ τῆς Ῥωμαϊκῆς συμμαχίας, καὶ ὡς διαπρεσβευ-  
 10 σάμενος Βαράμ πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Μαυρικίον ἀποπέμπεται,  
 διαπρεσβεύεται δὲ πάλιν Χοσρόης καὶ τυγχάνει. ὅπως ὁ βασι-  
 λεὺς τὸν τῆς Μελιτηνῆς ἱερέα ἅμα Γρηγορίῳ τῷ Ἀντιοχείας ἀρ-  
 χιερεῖ πρὸς Χοσρόην ἐξέπεμψε. περὶ τῆς δολοφονίας Βαράμ,  
 ἣν Ζαμέρδης καὶ Ζοανάμβης συνεσκευάσαντο, καὶ περὶ τοῦ φό-  
 15 νου τῶν εἰς τοῦτο συμπραξαμένων. περὶ Βινδόου τοῦ Πέρσου,  
 καὶ ὅπως δραπετεύει Περσίδα, τῆς κατὰ Βαράμ ἐπιβουλῆς κοι-  
 νωνὸς γεγονώς. ὅπως ἡ Μαρτυρόπολις ὑπὸ Χοσρόου ἀποδίδο-  
 ται Ῥωμαίοις, καὶ περὶ τῆς τοῦ Σίττα διὰ πύρρος ἀναιρέσεως,  
 καὶ ἑορταστικῆ τοῦ ἐπισκόπου Μελιτηνῆς (Δομετιανὸς ὄνομα  
 20 αὐτῷ) ἐπὶ τῇ ἀναλήψει τοῦ Ἰησοῦ. ἐν οἷς καὶ ὁ τέταρτος  
 λόγος.

5. Ὁ δὲ πέμπτος διέξεισιν ὅπως Χοσρόης ὁ Περσῶν βα-  
 σιλεὺς ἀπορία τὴν ψυχὴν κατατροχόμενος ἐπρέσβευε τὸν ἐν μάρ-  
 τυρσι Σέργιον, ὃν καὶ τὰ λοιπὰ βάρβαρα πρεσβεύουσιν ἔθνη, λύ-  
 25 σιν τῶν δυστυχημάτων εὑρεῖν· καὶ ὡς σταυρῷ χρυσῷ λιθοκολ-

nis corroboratur. Chosroes in fugam incumbens Circesium venit, ad  
 Mauricium imperatorem scribit, ei se dedit. Varamus a Persis rex sa-  
 lutari artificio quodam elaborat: ea spe frustratus regem se ipse creat.  
 Comentiolus iussu Mauricii Chosroen Hierapoli, obviam egressus, hono-  
 rifice accipit, satellitium ei regium adiungit. acta inter Varamum et  
 Chosroen, antequam is societatem cum Romanis iniret. Chosroae ad  
 Mauricium efficax, Varami irrita legatio. imperator Domitianum Meli-  
 tenae et Gregorium Antiochiae pontifices super Varamo per insidias  
 mactando ad Chosroen legat; quem Zamerdes et Zoambres cum aliis  
 adorientes, misere pereunt: Bindoes molitionis contra Varamum parti-  
 ceptus effugit. Martyropolim Persae Romanis restituunt. Sittas proditor  
 igni exuritur. Domitiani Melitenensis episcopi pro recepta urbe festa  
 et gratulatoria conciuncula.

5. Chosroes Persarum rex animi anxius Sergium martyrem, cae-  
 teris quoque barbarorum nationibus sanctum ac venerabilem, precatur  
 uti calamitatem ab se depellat: crucem auream gemmis distinctam eidem

λήτω ἐτίμησεν· ἐντεῦθεν τε Ζαδέσπρας διὰ Ροσᾶ δολοφονεῖται Βλησχάνους ὑποθήκαις, καὶ τᾶλλα θυμῶρη Χοσρόη συναγιᾶ. περὶ τοῦ ἐκδανεισθέντος χρυσίου Χοσρόη τῷ Περσῶν βασιλεῖ ὑπὸ Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος, καὶ ὡς χειρογραφῆ Χοσρόης τὸ δάνεισμα. πρεσβεία τε Χοσρόου ἐφ' ᾧ ἀποστῆναι Κομεντιόλον 5 τῆς ἡγεμονίας, καὶ χειροτονία Ναρσοῦ ἀντὶ Κομεντιόλου, καὶ συμμαχία Ῥωμαίων κατὰ τοῦ τυράννου Βαράμ. καὶ περὶ τῶν βασιλικῶν δώρων τῶν σταλέντων Χοσρόη ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος· καὶ ὅπως τὰς κλεῖς τοῦ Δαρῆς ὁ Χοσρόης διὰ τοῦ πρέσβειος Δόλβζα παραδέδωκε τῷ βασιλεῖ. δημογορία τοῦ Δομετιανοῦ 10 Μελιτηνῆς, προτρέπουσα τὸ Ῥωμαϊκὸν συμμαχεῖν Χοσρόη κατὰ Βαράμ· καὶ περὶ τῶν συγκυρησάντων εὐτυχημάτων πρὸ τῆς συμπλοκῆς Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν Χοσρόη, καὶ ὅπως οἱ βασιλικοὶ θησαυροὶ τὰ τε Περσικὰ βασίλεια ἀποκαθίσταται Χοσρόη διὰ Βινδόου. ἔνωσις τῶν Ῥωμαϊκῶν δυνάμεων Ἀρμενίας τε καὶ 15 τῆς ἐφᾶς, καὶ μάχη κατὰ Βαράμ, καὶ νίκη Ῥωμαίων περιφανεστάτη· ἐν ἣ μάχῃ Ναρσοῦ στρατηγοῦντος καὶ Τοῦρκοι συνελήφθησαν, οἱ ἐπὶ τῶν μετώπων τὸν τύπον ἔφερον τοῦ σταυροῦ, ὃ ἐπέθεντο, ὡς ἐκεῖνοι διηγοῦντο, εἰς ἀπαλλαγὴν τῆς πάλαι προσπεσούσης αὐτοῖς λοιμικῆς νόσου. τὰ κατὰ τὴν Γολινδοῦχ 20 ἐν Περσίδι γεγονότα, καὶ οἷον ἐκεῖνη βίον ἀσκητικὸν ἠγωνίσαστο. ἐπανάξενξίς τε Χοσρόου εἰς τὰ οἰκεία βασίλεια. καὶ περὶ τῶν σταλέντων δώρων παρὰ Χοσρόου Σεργίῳ τῷ μάρτυρι. πρεσβεία τε τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν ἅγιον, ὥστε ἐκ τῆς Σερεμί παιδοποιήσασθαι· Χριστιανῆ δὲ ἐτύγχανεν αὕτη. καὶ ἐπιτυχία τε 25

vovet. Zadesprates a Rosano Solchanis hortatu circumventus occiditur, aliaque praeterea Chosroae haud iniucunda eveniunt. pecuniam a Mauricio Imperatore mutuatus syngrapham dat. eius legatio super Comentiolo duce in ordinem redigendo, in cuius locum Narses sufficitur. Romanorum adversus Varamum tyrannum auxilia. Mauricii ad Chosroem dona regalia, qui per Dolabranum legatum claves Darae oppidi imperatori contradidit. Domitiani Melitenae antistitis ad Romanos de Chosroae contra Varami opes adiuvando praeclara oratio. ante Romanorum Persarumque dimicationem Chosroae oblata felicitas. thesauri regii et regnum eidem opera Bindoi restituuntur. Romanorum Armeniarum orientaliumque copiarum coniunctio, praelium cum Varamo, et Romanorum Narse imperatore victoria splendidissima. capti etiam Turcae in frontibus crucis figuram ferentes, quod quidem (ut narrabant) aliquando pro liberatione a grassante pestilentia matres adhuc pueris inusserant. res Golinduchae, quae in Perside vitam vixit asceticam. Chosroae in regiam reversio. dona a Chosroae Sergio martyri sacrata. ad eundem divum preces eiusdem pro suscipiendis ex Sira Christiana femina liberis.

τῆς αἰτήσεως, καὶ δώρων πολυτελῶν ἀποστολὴ παρ' αὐτοῦ εἰς τὸν νεὼν τοῦ μάρτυρος. ὅπως τε Χοσρόης τοὺς κεκοινωνηκότας τῇ τυραννίδι καὶ Βινδόην αὐτόν, ὡς κατὰ βασιλέως χεῖρας ἄραντα, θανάτῳ διώλεσε. περὶ τῶν προαγορευθέντων ὑπὸ 5 Χοσρόου, καὶ ὡς στασιάσει τὰ Ῥωμαίων πράγματα τυράννοις δουλεύοντα. πρεσβεία τε Πρόβου τοῦ Χαλκηδόνος προέδρου, καὶ περὶ τῆς εἰκότος τῆς Θεομήτορος, καὶ ὅσα κατὰ τὴν πρεσβείαν ἀπήντησεν. ἐκδημία τε τοῦ αὐτοκράτορος ἐπὶ τὴν τῆς 10 Εὐρώπης ἀγχίλιον, καὶ περὶ τοῦ συναντήσαντος αὐτῷ ἐν ὑἱ φάσματος. ὅπως τε ὑπέστρεψεν εἰς τὰ βασίλεια ὁ αὐτοκράτωρ, πρεσβείας Περσικῆς ἐπιστάσης διὰ Ζαλαβζάν. ἐν οἷς καὶ ὁ πέμπτος λόγος.

6. Ὁ δὲ ἕκτος λόγος περιέχει ὅπως ἀπὸ τῆς πόλεως ἐξιόντι τῷ βασιλεῖ ἐνέσκηψε κλύδων θαλάττιος. ὅπως τε περὶ Ἡράκλειαν, 15 ἐκεῖσε τοῦ βασιλέως διατρίβοντος, τέρας ἐγεννήθη, παιδίον μῆτε χεῖρας μῆτε ὄμματα ἔχον μῆτε ὄφρῦς μῆτε βλέφαρα, πρὸς δὲ τῷ ἰσχυρῷ ἰχθύος οὐρὰ ἀπεκρέματο· καὶ ὅπως τὸ τέρας ἀνήρητο. περὶ τῶν τριῶν Σκλαβηνῶν τῶν κιθάρας ἐπιφερομένων, οἱ ἐκ τῶν μερῶν τοῦ Ὀκεανοῦ ἐλέγοντο πρὸς τὸν Χαγάνον 20 ἀπεστάλθαι· οἱ καὶ ἐνεφανίσθησαν Μανρικίῳ τῷ βασιλεῖ. πρεσβεία τε Φράγκων πρὸς τὸν βασιλέα ἐφ' ᾧ συμμαχεῖν ἐπὶ δώροις, καὶ ἀποτροφῇ τῆς αἰτήσεως· Βόσσος καὶ Βέττος οἱ πρέσβεις, ὁ δὲ ἀποστείλας ὀνόματι Θεοδώριχος. περὶ τῆς ἀγέλης τῶν ἐλάφων, καὶ ὅπως ἡ μελῶν βάλλεται καὶ εἰς λόχμην τινὰ φεύγει, 25 καὶ ὡς ἐπιδιώκεται ὑπὸ τινος τῶν δορυφόρων καὶ ἐτέρου τινὸς

voti compos, rursum donaria sumptuosa ad eius aedem mittit. tyrannidis conscios, atque adeo ipsum Bindoem, ut adversus regem nefaria molitum, vita expellit. eius de Romana republica ex dissidio tyrannis servitura praedictio. Probi Chalcedonensis episcopi legatio, et de imagine dei matris, quomodoque legatio illa evenerit. profectio imperatoris ad Anchialum Europae. de occursante ipsi in sue portento. quo pacto reversus est domum imperator legatione Persica perfecta per Zalabanum.

6. Haec autem libro sexto insunt: uti exeuntem ex urbe Augustum marina tempestas exceperit, utque ad Heracleam, dum ibi commoratur, monstrosus partus natus infans, manibus et oculis carens, ad haec et supercilliis ac palpebris, ad femur piscis cauda appendente; et quomodo sublatum hoc monstrum. de tribus illis Sclavis citharas importantibus, qui ex Oceani partibus ad Chaganum missi ferebantur, et a Mauricio imperatore spectati sunt. legatio item Francorum ad Caesarem, qua stipendio se illi militaturos polliciti repulsam tulerunt. Bossus et Bettus legationem hanc a Theodoricho missi obibant. de grege cervorum, utque ingens quidam telo ictus in silvam se contulerit; insequente vero

Γήπαιδος, ὅπως τε ὁ δορυφόρος διὰ τὰ περὶ αὐτὸν χρόνεια δολοφονεῖται, καὶ ὡς χρόνῳ μικρῷ ὕστερον ὁ Γήπαις δολοφονῆσαι φωραθεὶς περὶ πυραδίδοται. στρατεία Ἀβάρων κατὰ Ῥωμαίων καὶ πολιορκία Συγγιδόνος τῆς πόλεως, χειροτονία τε Πρίσκου τοῦ στρατηγοῦ, καὶ ὅπως τοῦ κατὰ τὴν Εὐρώπην πολέμου τοῦ-5  
τον προεστήσατο. καὶ ὅπως ὁ Χαγάνος εἰς Δριζίπερα γενόμενος τὸν νεῶν Ἀλεξάνδρου τοῦ μάρτυρος ἐπολιόρησε. καὶ ὅπως ἐν Τζουρουλῶν τῇ πόλει Ῥωμαῖοι συγκλεισθέντες ὑπὸ τοῦ Χαγάνου πολιορκοῦνται, ὅπως τε δόλῳ φενακίζει τὸν βάρβαρον ὁ Μαν-  
ρίκιος καὶ τῆς πολιορκίας ἀπάγει. πρεσβεία τε Ἀβάρων πρὸς 10  
Ῥωμαίους, καὶ ὅσα τῷ Ἀρδαγάστῳ ἐκ τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀπήντησε δυνάμειος, ἔτι δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν Τατίμερ. ἀνδραγαθία τε τοῦ Ῥωμαίων ταξιάρχου Ἀλεξάνδρου, καὶ ἀνδραγαθία Ῥωμαίων, καὶ Σκλαβηνῶν ἀναίρεσις, ἔφοδος τε Σκλαβηνῶν κατὰ Ῥωμαίων. περὶ τῶν τεχθέντων τεράτων πρὸ τοῦ ἕσπετος τῆς 15  
βασιλίδος, ὡς τὸ μὲν ἦν τετράπουν παιδίον, τὸ δὲ δικόρυπον. ὅπως Πρίσκος ἀποχειροτονεῖται τῷ δοῦναι τῷ Χαγάνῳ ἀπὸ τῆς τῶν Σκλαβηνῶν λείας, καὶ Πέτρος ἀντιχειροτονεῖται στρατηγὸς τῆς κατὰ τὴν Εὐρώπην μάχης· καὶ περὶ Θεοδώρου τοῦ πρέσβεως σταλέντος πρὸς τὸν Χαγάνον ὑπὸ τοῦ Πρίσκου, τῆς τε περὶ αὐ-20  
τὸν παιδείας καὶ δεξιότητος. ἐν οἷς καὶ ὁ ἕκτος λόγος.

7. Ὁ δὲ ἑβδομος λόγος διαλαμβάνει περὶ τῆς γεγεννημένης ἀταξίας ταῖς Ῥωμαίων δυνάμειος, ἀριστείαν τε Ῥωμαίων κατὰ Σκλαβηνῶν ἦτοι Γετῶν· Γέται γὰρ τὸ παλαιὸν ἐκαλοῦντο.

hastifero, et altero item Gepaede, ut hic illum ob aurea ornamenta ex insidiis interfecerit, et longo post intervallo caedis reus deprehensus flammis sit traditus. Abarorum contra Romanos expeditio, urbisque Singidonis obsidium. uti Priscus belli dux delectus et militiae Europaeae praefectus sit. ut Chaganus Driziperam delatus beati Alexandri martyris templum obsederit; et quomodo Tzurulo oppido inclusos Romanos Chaganus cinxerit, utque Mauricius astu deceptum Barbarum ab obsidione averterit. missa ab Abaris ad Romanos legatio, et quae Adragastus ab exercitu Romano acceperit incommoda. praeterea quae sub Tatimero acta Alexandri tribuni militum fortitudo, Romanorumque res fortiter gestae, et Sclavorum interitus, horumque vicissim in Romanos impetus. de monstris ad regiam urbem natis, infantes, unus biceps, alter quadrupes. uti Prisco imperium fuerit abrogatum, quod partem praedae e Sclavis abductae Chagano donasset, utique pro illo Petrus Europaeo bello dux praeficiatur. de Theodoro item legato ad Chaganum a Prisco ire iusso, et de eius doctrina atque rerum gerendarum dexteritate.

7. Libro septimo agitur de turbatis Romanorum ordinibus, eorundemque rebus fortiter gestis contra Sclavos sive Getas: hoc enim no-

καὶ περὶ τῶν ἐν Ἀσίῳ τῇ Θρακίᾳ πόλει Πέτρῳ τε καὶ τοῖς πολίταις συμβεβηκότων. καὶ ὡς Πιράγαστος ὁ τῆς τῶν Σκλαβηῶν δυνάμεως φύλαρχος ἀνήρηται· καὶ ἀνδραγαθία Ῥωμαίων. περὶ τῆς ἀνυδρίας τῆς παρακολουθησάσης ταῖς Ῥωμαίων δυνάμεσι. καὶ ὅπως τοῦ Πέτρου καταπολεμηθέντος ὑπὸ τῶν Σκλαβηῶν Πρίσκος αὐθις γίνεται στρατηγός. θάνατος Ἰωάννου τοῦ νηστευτοῦ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ περὶ τῶν ἐκδανεισθέντων αὐτῷ χρημάτων ὑπὸ Μαυρικίου, καὶ περὶ τοῦ ἐν τῇ ὁμολογίᾳ χειρογραφήματος, καὶ ὅπως διὰ τιμῆς ἤγεν ὁ φιλευσεβῆς ὡς ἀληθῶς αὐτοκράτωρ τὰ εὔρεθέντα τῷ ἀρχιερεῖ μετὰ θάνατον ῥάκια. περὶ τῶν Μαυρουσίων τῶν συστραφέντων κατὰ Καρχηδόνας τῆς πόλεως, καὶ ὅπως τῇ τοῦ Γενναδίου τόλμῃ ὁ πόλεμος ἔσβεστο. καὶ περὶ τοῦ κομήτου τοῦ φανέντος ἐπὶ ἡμέρας πολλὰς. περὶ τοῦ ἐμφυλίου πολέμου τοῦ γενομένου τοῖς Τούρκοις, καὶ ἐν  
 15 ἐκθέσει τὰ περὶ τῆς τῶν Τούρκων πολιτείας. καὶ ὡς τὸν ἐθνάρχην τῶν Ἐφθαλιτῶν ὁ Χαγάνος τῶν Τούρκων ἀνελὼν καὶ δουλώσας τὸ ἔθνος, ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ὅγων τὸ ἔθνος, καὶ δὴ καὶ τοὺς Κόλχους ἄχρι τριάκοντα μυριάδων διέφθειρεν. ἀλλὰ καὶ τὸν ἐπαναστάντα αὐτῷ Τουροῦμ ἀνελὼν ἐπινίκιον ἐπιστολὴν Μαυρι-  
 20 κίῳ τῷ αὐτοκράτορι ἔστειλεν· ἐδουλώσατο δὲ καὶ Ἀβάρους. διέξι-  
 εῖσι δὲ καὶ περὶ τῶν κατὰ τὴν Ταυγᾶστ ἐθνῶν, καὶ περὶ τοῦ Μουκρί, ἐν οἷς οἱ Ἀβαροὶ ἠττηθέντες διεσπάρησαν. καὶ περὶ τοῦ Οὐὰρ καὶ Χουνὶ τῶν ἐθνῶν, ἐξ ὧν ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ἀπόμοιρα

mine antiquitus appellati sunt. de iis quae in ignobili quodam Thraciae oppido Petro et incolis acciderunt, utque Sclavorum praefectus Piragastus sit interfectus. de militum Romanorum virtute, licet aquarum ingenti penuria premerentur. Petro a Sclavis pugna superato Priscus iterum belli imperator delectus est. obitus Ioannis cognomento ieiunatoris, patriarchae Constantinopolitani, deque mutuo a Mauricio imperatore accepta pecunia datoque aeris accepti confessique chirographo; quantoque in pretio vere pius Augustus ille relictas a praesule post mortem pannosas vestes habuerit. de Maurusiorum adversus Carthaginem expeditione, utque Gennadii fortitudine bellum illud extinctum sit. de Cometa, qui dies complures visus est. de intestino apud Turcas et civili bello: accessit de eorumdem republica narratio. ut Turcarum Chaganus Ephthalitarum principe interfecto totam eam gentem subegerit: ut Agarenorum ad haec et Colchorum gentem trecentorum millium strage caeciderit, utque insurgentem adversus se Turum interfecerit, quo nomine victoriae nuntiam epistolam Mauricio imperatori scripserit. idem Abaros quoque sub iugum victos misit. refert et de gentibus quae Taugast incolunt, et de Mucri, in quas devicti Abari dispersi sunt. item de Var et Chuni, quorum pars magna iam inde ab Iustiniani temporibus

τῶνδε τῶν ἔθνων ἐνδημεῖ τῇ Εὐρώπῃ, οἱ καὶ Ἀβάρους ἑαυτοὺς ἐπεφήμισαν. καὶ ὡς ἡ Τούρκων χώρα σεισμοῦ καὶ λοιμοῦ ἀπειρατος. περὶ τε τοῦ χροσοῦ λεγομένου ὄρους, καὶ περὶ τῆς Ταυγᾶστ, περὶ τε τῶν σκολήκων τῶν τικτόντων τὴν ἐσθῆτα τὴν Σηρικὴν, καὶ ὡς πολλή ἐστι περὶ τὴν λεγομένην Χουβδὰν ἢ τῆς με- 5  
τάξης γένεσις, καὶ τὰ περὶ αὐτὴν νόμιμα. καὶ περὶ τῶν Ἰνδῶν τῶν λευκῶν τὸ σῶμα. δι᾿ ἄλεξις πρὸς τὸν Πρίσκον Χαγάνου περὶ ἀνδραποδισμοῦ τῆς Σιγγιδότος, καὶ ἀντιλογία Πρίσκου πρὸς αὐτόν, καὶ ὅπως ὁ Πρίσκος Σιγγιδόνα σώζει τὴν πόλιν. ὅσα τε κατὰ Δαλματίαν οἱ βάρβαροι διεπράξαντο καὶ πόλεις ἐπόρθησαν, 10  
ὅπως τε ὁ Γουνδονῆς παρὰ Πρίσκου σιταλεῖς κατὰ τῶν ἐν Δαλματίᾳ βαρβάρων ἠρίστευσεν. ὅτι τῷ ἐννεακαιδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Μαυρικίου προαγορεύει μοναχός τις τὸν αὐτοῦ θάνατον καὶ τῶν τέκνων· ξίφος γὰρ γυμνώσας, ἀπὸ τοῦ φόρου μέχρι τῶν προαυλίων τῶν ἀνακτόρων διαδραμῶν, αὐτόν τε Μαυρίκιον 15  
καὶ τὰ τέκνα ξίφει τεθνᾶναι προηγόρευσεν. ἀλλὰ καὶ Ἡρωδιανός τις τῷ βασιλεῖ διεῖπε τὰ συμβησόμενα. περὶ τοῦ συμβάντος λιμοῦ τοῖς στρατεύμασι; καὶ ὡς ὁ Χαγάνος παραδόξῳ φιλιανθροπία πενθημέρους σπονδὰς τοῖς λιμώττουσιν ἔθετο, ὡς ἂν ὁ ἐπισιτισμὸς ἀπὸ τῶν βαρβάρων τοῖς Ῥωμαίοις ἀδεῖς ἔσοιτο· καὶ 20  
ὡς ἀρώμασιν ὑπὸ Πρίσκου φιλοτιμηθεῖς ἐπὶ τὰ κατὰ Μυσίαν ἐχώρησεν. ὡς συνῆψεν ὁ Χαγάνος περὶ τὴν Μυσίαν πρὸς Κομεντιόλου μάχην, ἐπιβουλῇ δὲ Κομεντιόλου διαφθείρεται ὑπὸ

in Europa sedes habent, Abarosque se nominarunt. Turcorum regionem terraemotui ac pesti minime obnoxiam. de monte qui Aureus sit dictus, ac de ipsa urbe Taugast. de bombycibus, qui ex se vestes gignunt sericas, et quod serici ingens gignatur ad Chubdam urbem, quam appellant, copia, quaeque in illis vermibus glomerandis fieri solita. de Indis, qui candido sunt corpore. disceptatio Chagani cum Prisco de Singidonensibus in servitatem abducendis, Priscique contraria sententia, utque eam urbem Priscus servarit. quae per Dalmatiam barbari gesserint, quasque urbes everterint. quomodo Gundoes a Prisco adversus barbaros in Dalmatiam missus res fortiter gesserit. undevicesimo imperii Mauricii anno monachus quidam mortem illi liberisque eius praedixit: stricto enim gladio a foro ad palatii vestibulum procurrens Mauricium una cum liberis ferro occisum iri denuntiat. quin et Herodianus quidam imperatori eventura praenuntiavit, famem scilicet illam, quae post in castris orta. ut incredibili Chaganus humanitate esurienti exercitui quinque dierum indutias concesserit, quibus absque metu barbarorum commeatus annonae ferretur Romanis, utque vicissim a Prisco donis honoratus in proxima Mysiae loca discesserit. in Mysia Chaganus cum Comentiolo signis collatis confligit, perfidiaque Comentioli Romanorum exercitus, clade accepta, caesus a barbaris est, fuga interim

τῶν βαρβάρων τὸ Ῥωμαϊκόν. καὶ φεύγει Κομεντιόλος, καὶ πρὸς Δριζίπερα τὴν πόλιν παραγίνεται, καὶ ἀποπέμπεται τῆς πόλεως ὡς φυγὰς, καὶ πρὸς τὰ μακρὰ παραγίνεται τεῖχη. οἱ δὲ βάρβαροι κατόπιν ἰόντες πρῶτον τὰ Δριζίπερα αἰροῦσι, καὶ τὸν Ἀλεξάνδρου τοῦ μάρτυρος ἐμπρήσαντες νεῶν καὶ τὸ σῶμα τῆς θήκης ἐκούραντες ὑβρίσταν. θεία δὲ δίκη μετέλθε τοὺς ὑβριστὰς τοῦ μάρτυρος· ἐπτά γὰρ παῖδες τοῦ Χαγάνου ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ βουβῶσι περιληφθέντες ἐτελεύτησαν. Κομεντιόλος δὲ μετὰ τῶν θορύβων ἐνδημῆ τῇ Κωνσταντινουπόλει, οἱ δὲ βάρβαροι τοῖς μακροῖς πλησιάζουσι τείχεσι. καὶ οἱ τοῦ Βυζαντίου ἐπὶ τοσοῦτον ἔδεισαν ὡς καὶ καταλιπεῖν Εὐρώπην καὶ πρὸς τὴν Ἀσίαν περαιωθῆναι διεμελέτησαν. πρεσβεύεται δ' οὖν ὁμοῦς ὁ βασιλεὺς πρὸς τὸν Χαγάνον δι' Ἀρμάτωνος, καὶ δώροις λαμπροῖς καὶ προσθήκαις χρυσοῦ χιλιάδων εἴκοσι πείθει μόλις τὴν εἰρήνην δέξασθαι, λέγοντα “ κρίναι ὁ θεὸς ἀνὰ μέσον Χαγάνου καὶ Μανρικίου καὶ ἀνὰ μέσον Ῥωμαίων καὶ Ἀβάρων.” περὶ τῶν φανέντων ἀνθρωπομορφῶν τεράτων ἐν τοῖς Νειλώϊσι ὕδασι, καὶ περὶ τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως δόξαι διάφοροι. ὁ δὲ συγγραφεὺς Ἀγαθαρχίδου τοῦ Κνιδίου τῇ δόξῃ προστίθεται· φησὶ δὲ οὗτος ἂν ἕτος ἕκαστον ἐν τοῖς κατὰ τὴν Αἰθιοπίαν μεγάλους καὶ συνεχεῖς γίνεσθαι ὑμβρους ἀπὸ θερινῶν τροπῶν μέχρι τῆς ἰσημερίας τῆς ἐν τῷ μετοπώρῳ γινομένης καθ' ἕκαστα· εὐλόγως οὖν τὸν Νεῖλον ἐν μὲν τῷ χειμῶνι συστέλλεσθαι, κατὰ φύσιν ἔχοντα φύσιν ἀπὸ μόνων τῶν ἑαυτοῦ πηγῶν, κατὰ δὲ τὸ θέρος διὰ τοὺς

elapso Comentiolo: quem ad Driziperam urbem delatum cives ut transfugam repellunt: quare inde ad muros longos, quos vocant, ille se recepit. barbari porro pone insequentes Driziperam capiunt, et Alexandri martyris templo incenso corpus capsula extrahentes contumeliis afficiunt. verum divina mox ultio martyr est violatores consecuta. septem enim Chagani filii una die, inguinum morbo correpti, perierunt. Comentiolus in his turbis Constantinopoli haeret, barbaris interim ad muros longos propius accedentibus, unde tantus Constantinopolitanos terror invasit, ut de Europa deserenda et in Asiam transmittendo deliberarint. legationem itaque extemplo imperator per Armatonam ad Chaganum mittendam censuit, splendidisque muneribus et viginti millium auri pondo accessione pacem aegre redemit: dicente illo: “iudicet deus Chaganum inter et Mauricium: Romanos item inter ac barbaros.” de monstris humana forma in Nilo flumine visis: deque Nili incremento atque eluvione variae discrepantesque sententiae. hic vero scriptor Agatharchidi Gnidio assentitur. quotannis enim ille ait in Aethiopiae locis magnos continentesque coeli imbres decidere ab aestivo solstitio ad usque autumnus aequinoctium. Non sine causa itaque angustius hieme Nilum fluere, quod suas duntaxat e fontibus suapte natura natas vehat undas; at aestate, decur-

ἐκείθεν ἐκχεομένους εἰς αὐτὸν ὄμβρους λαμβάνειν τὴν αὔξησιν. ταῦτα μὲν καὶ ὁ ἔβδομος.

8. Ὁ δὲ ὄγδοος λόγος διαλαμβάνει ὅπως ὁ Χοσρόης διὰ τὰς ἐπιδρομὰς τῶν Σαρακηνῶν τῶν ὑπὸ Ῥωμαίοις ταττομένων λῦσαι τὰς σπονδὰς ἐνεχείρησε, Γεωργίου δὲ πρὸς αὐτὸν σταλέν-  
τος αἱ σπονδαὶ μεμενῆκασιν· καὶ Γεώργιος ἀτιμάζεται ὡς εἰπόν-  
τος Χοσρόου διὰ Γεώργιον ἀλύτους τηρεῖν τὰς σπονδὰς, ἀλλ'  
οὐ διὰ τὸν βασιλεῦ Μαυρίκιον. ὅπως τε Κομεντιόλος προδοσίας κρίνεται, καὶ διαλλαγὰς τῶν Ῥωμαϊκῶν στρατευμάτων πρὸς αὐ-  
τόν, καὶ ὅπως αὐθις ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος στρατηγὸς στέλλε-  
ται. μάχη Ῥωμαίων καὶ Ἀβάρων στρατηγοῦντος Πρίσκου καὶ  
Κομεντιόλου, καὶ Κομεντιόλου μὲν ἀπομάχον διὰ τινὰς προσ-  
ποιήσεις ὄντος Πρίσκου δὲ τῷ στρατοπέδῳ παρόντος ἀριστεία  
Ῥωμαίων καὶ ἀναίρεσις τῶν Ἀβάρων μέχρι τεσσάρων χιλιάδων.  
δευτέρα μάχη, καὶ ἀναίρεσις τῶν αὐτῶν ἄχρι χιλιάδων θ'. τρίτη  
μάχη, καὶ ἔτι τῶν αὐτῶν ὄλεθρος μέχρι πεντεκαίδεκα χιλιάδων.  
τετάρτη μάχη, καὶ νίκη πάλιν Ῥωμαίων λαμπρά, καὶ ἀναίρεσις  
Ἀβάρων ἅμα Γηπαιδῶν χιλιάδων λ'. πέμπτη μάχη, καὶ νίκη  
Ῥωμαίων, καὶ ἀναίρεσις Ἀβάρων, καὶ ἄλωσις τῶν μὲν ζωγρα-  
θέντων Ἀβάρων τρισχιλίων, ἄλλων δὲ βαρβάρων τετρακισχιλίων,  
καὶ ἑτέρων δισχιλίων καὶ διακοσίων, καὶ Σκλαβήνων χιλιάδων  
ὀκτώ· ἐξ ὧν ὁ Χαγάνος ἀπατήσας τὸν αὐτοκράτορα τοὺς ζωγρα-

rentibus in Nilum ex Aethiopia imbribus, crescere nimium quantum at-  
que augeri.

8. Octavus haec fere complectitur. Chosroen ob illorum Saraceno-  
rum, qui Romanis parebant, incursiones rumpere inducias conatum:  
Georgii tamen legatione persuasum foedus sartum tectum servasse:  
Georgium vero Caesaris indignationem incurrisse, quod Chosroes dixis-  
set se Georgii potissimum gratia, non imperatoris Mauricii causa, ratam  
pacem fecisse, ut Comentiolus prodicionis reus actus, mox Romanorum  
sibi militum animos duci licuit, atque eam ob rem dux iterum exercitus  
ab imperatore creatus sit. Romanorum pugna commemoratur et Abaro-  
rum Prisco et Comentiolo ducibus: Comentiolo tamen nescio quid cau-  
sante et a pugna abstinente, Prisco vero copias ducente. militum Ro-  
manorum fortitudo et Abarorum caedes quatuor millium. praelium item  
alterum, eorundemque Abarorum millium novem strages. tertia pugna  
cum quindecim millium clade Abarorum. quartum rursus praelium illu-  
strem Romanis victoriam concessit, caesis ad internecionem Abarorum  
et Gepaedum triginta millibus. quinta in pugna penes Romanos victo-  
ria quoque stetit: caesi captique Abari, ac vivi quidem in potestatem  
venere ad tria millia, caeterorum barbarorum quatuor, aliorum ad haec  
duo millia et ducenti, et Sclavorum octo millia. postea tamen Chaga-  
nus decepto Mauricio imperatore vivos Abaros recepit. de Comentioli



θέντας Ἀβάρους ἀνέλαβε. περὶ τῆς Κομεντιόλου μελαγχολίας,  
 καὶ ὅπως τῇ τούτου ἀβουλίᾳ πλήθος Ῥωμαίων, πρὸς Φιλίππου  
 πόλιν ἀπαίροντος, τῷ κρῦει διώλοντο. ὡς Πέτρος αὐτῆς στρα-  
 τηγὸς τῆς Εὐρώπης ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος προχειρίζεται. περὶ  
 5 τε τοῦ γάμον [τοῦ παιδὸς] Θεοδοσίου τοῦ παιδὸς Μαυρικίου  
 ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Γερμανοῦ. καὶ περὶ τῆς σιτοδείας τῆς γενομένης  
 τῇ βασιλίδι τῶν πόλεων, καὶ τῆς συμβάσεως ἀταξίας τῶν δήμων  
 λιτανεύοντος τοῦ βασιλέως, καὶ περὶ τῆς μακροθυμίας αὐτοῦ,  
 καὶ ἔξορίας τῶν στρατιωτῶν καὶ μονοημέρου ἐπανόδου. ὅπως  
 10 Μαυρίκιος ἐπέστειλλε Πέτρον παντὶ τρόπῳ τὰς Θρακίως δυνά-  
 μεις εἰς τὸ ἀντιπέρασ τοῦ Ἰστρου διατρέβειν, ὅπως τε θεία προσ-  
 ἔπεσεν ὁμῆγῃ τῷ Πέτρῳ. καὶ ὅπως στάσις ταῖς Ῥωμαϊκαῖς εἰσήρ-  
 ρησε δυνάμεισι, καὶ τυραννὶς συνέστη κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος,  
 Φωκᾶ τοῦ τυράννου ὑπὸ τοῦ πλήθους ἀναρρηθέντος. ὅπως τε  
 15 φεύγει Πέτρος, καὶ ὅπως ἡ στάσις διαγγέλλεται τῷ βασιλεῖ. καὶ  
 ὅπως τὰ πρῶτα διὰ τῶν δημάρχων Σεργίου καὶ Κοσμᾶ πολυπρα-  
 γμονεῖ τὸ πλήθος τῶν δήμων, καὶ εὐρίσκεται Πρασίνων μὲν ἀφ',  
 Βενέτων δὲ Ἰ, καὶ ὅπως τοῖς δημοτικοῖς φιλοτιμίας παρέσχετο.  
 πρεσβεία τε τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς τὰς στασιαζούσας δυνάμεις,  
 20 καὶ ἀποστραφῆ τῆς πρεσβείας· ὅπως τε περιφρουρεῖ τὴν βασι-  
 λίδα τῶν πόλεων. πρεσβεία τε τῶν στρατευμάτων πρὸς Θεοδο-  
 σιον τὸν Μαυρικίου νιόν, ἀξιοῦσα ἢ αὐτὸν ἢ τὸν πενθερὸν Γερ-  
 μανὸν βασιλέα σφῶν ἀναρρηθῆναι. γινώσις τε τούτων εἰς Μαυ-  
 ρίκιον ἀφιγμένη, καὶ ὑπόνοια εἰς Γερμανὸν ὡς αἴτιον τῆς τυ-

praefracto moerore, utque eius temeritate Romanorum copiae, quas ad  
 Philippopolim proficisci iubebat, frigore sint extinctae. quomodo Pe-  
 trus iterum belli dux totius Europae ab imperatore creatus sit. de  
 nuptiis Theodosii filii Mauricii et filiae Germani. urbem regiam fame  
 ea tempestate laborasse, precesque in ecclesia fundente Mauricio, ple-  
 bem esse tumultuatam; de eius mansuetudine ac lenitate militumque ab-  
 legatione, utque eodem sint die revocati. Petrum ab Augusto missum,  
 ut omni ope atque opere Thracicas copias ad oppositam Istri ripam  
 distineret; deque divinitus Petrum appellante voce. tumultuantem rursus  
 in castris Romanorum, et contra Mauricium factio instituta, electo ab  
 incondita multitudine Phoca. Petrus fuga interim salutem quaerit, et  
 seditionis ad imperatorem rumor defertur. plebs autem a Sergio atque  
 Cosma tribunis plebis primum incitata, novis studere rebus incipit, re-  
 pertique Prasinorum cio. io. Venetorum vero trecenti duntaxat. hinc  
 plebeis donativa Mauricius praebuit. sequitur ad tumultuantes milites  
 eiusdem legatio et legationis repulsa, utque regiam urbem praesidio  
 munierit. exercitus ad Theodosium Mauricii filium legatio, ipsam aut  
 socerum illius Germanum dari sibi imperatorem postulans. eius rei  
 nuntius ad Mauricii aures accidit, indeque suspectio in Germanum, ut

ραννίδος, καὶ ἀπειλή, καὶ μήνυσις τῆς βασιλικῆς ἀπειλῆς διὰ τοῦ γαμβροῦ Θεοδοσίου, καὶ καταφυγὴ Γερμανοῦ πρὸς τὸν νεῶν τῆς Θεομήτορος. τῶν Κύρον καὶ Στεφάνου τοῦ εἰνούχου, ὃς ἐπίτροπος ἐτέτακτο τοῖς βασιλέως παισὶ, πρὸς Γερμανὸν ἀποστολὴ εἰς τὸ ἐξελθεῖν αὐτὸν τοῦ ναοῦ καὶ ἀπραξίᾳ· καὶ ἡ διὰ 5 ῥάβδων μαστίγωσις Θεοδοσίου τοῦ παιδὸς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἕνεκα τῆς πρὸς τὸν πενθερὸν καταμηνύσεως. καὶ μεταφοίτησις Γερμανοῦ ἀπὸ τοῦ νεῶ τῆς Θεομήτορος ἐπὶ τὴν ἅγιαν Σοφίαν, καὶ πάλιν πρόσκλησις ἐπὶ τὸ ἐξελθεῖν, καὶ ἀπέθεια, Ἀνδρέα τινὸς συνεχῶς φοιτῶντος ταῖς λιτανείαις τὴν ἕξοδον κεκωλυκότος. θό- 10 ρυβοὶ τε καὶ ἐμπρησμοὶ τῆς κατὰ τὴν πόλιν οἰκίας Κωνσταντίνου τοῦ πατρικίου, ὃν Λαρδῦν ἐπεκάλει τὰ πλήθη· καὶ ἀπορία Μαυρικίου καὶ ἀπόδρασις. ὅπως κλύδωνος γεγονότος ἐγκοπήν πρὸς τὴν ἀπόδρασιν λαμβάνει. καὶ ἀποστολὴ Θεοδοσίου τοῦ παιδὸς πρὸς Χοσρόην, καὶ ὑποτροφὴ πάλιν ἀπὸ Νικαίας τῆ 15 ἐπιδείξει τοῦ δακτυλίου, ὃ ἦν εἰς σύνθημα τῷ παιδί παρὰ τοῦ πατρὸς ποιηθέν. ὅπως τε πρὸς τὸν τύραννον οἱ τοῦ ἄστειος, ἐν οἷς ἦν καὶ ὁ Ἐδομίτης, προσεχώρησαν. ὅπως τε Γερμανὸς κατασκευάζων ἑαυτῷ τὴν βασιλείαν ἀποτυγχάνει, τῶν Πρασίνων ἀπειπόντων τὴν ἀνάρρησιν διὰ τὸ τῆς αἰρέσεως αὐτὸν εἶναι, ὡς ἐκεῖ- 20 νοι ἔφασκον, τῶν Βενέτων. εἶτα ἀναγόρευσις ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου ἐν τῷ Ἐβδόμῳ τοῦ Φωκᾶ· Κυριακὸς δὲ τηρικαῦτα τοὺς τῆς βασιλίδος ἀρχιερατικοὺς ἐγγεχειρίστο νόμους. εἰσοδὸς τε Φωκᾶ πρὸς τὰ βασίλεια, καὶ ἀνάρρησις Λεοντίας τῆς γυναι-

tyrannidis auctorem. minae minarumque Augusti in Germanum per Theodosium generum delatio: et Germani in deiparae templum, ut in azylum fuga. hinc Syros, et Stephanus eunuchus, qui Caesaris liberis morum praefectus fuerat, ad Germanum missi, ut templo digrederetur, sed irrita legatio fuit. fustibus caesus Theodosius apparente Mauricio, quod socero suas minas indicasset. Germani a templo b. Virginis ad sanctae Sophiae transitus, et iterata, ut inde digrediat, hortatio: sed qua nihil persuadetur, Andrea quodam egressum dissuadente, dum precandi gratia templum frequentat. turbae iterum incendiumque urbanae domus Constantini patricii, quem Lardyn vulgo cognominabant. Mauricii aestuatio ac fuga, utque exorta maris tempestas fugam ipsi interciderit. Theodosii filii ad Chosroem missio reductioque Nicaea ex indicio annuli, quem filio parens Mauricius signi tesseraeque loco tradiderat. urbanorum ad tyrannum, in quibus et Edomites erat, concursus. imperium Germanus affectans voto excidit, Prasinis se eum creaturos imperatorem negantibus: quod, ut ipsi affirmabant, factionis esset Venetorum. ergo Phocas deinde in templo b. Ioannis, quod est in Septimo, imperator renuntiat, Cyriaco regiae urbis patriarcha. Phocae in regiam ingressus et Leontiae eius uxoris, ut Augustae consalu-

κὸς Φωκᾶ. καὶ περὶ τὴν τῶν τόπων στάσιν τῶν δημάρχων ἕρις, καὶ ὠθισμὸς Κοσμᾶ τοῦ δημάρχου τῶν Βενέτων ὑπὸ Ἀλεξάνδρου καὶ ὕβρις εἰς Ἀλέξανδρον. καὶ μνήμη Μαυρικίου, ὡς οὐκ ἀπέθανε, καὶ διὰ τοῦτο τοῦ τυράννου πρὸς τὸν φόνον τοῦ βασιλέως 5 μᾶλλον ὀρμῆ. ἀναίρεσις τε τῶν τοῦ βασιλέως παίδων ἐνώπιον τοῦ πατρὸς ἐν τοῖς Εὐτροπίου, καὶ φιλοσοφία καὶ εὐχαριστία τοῦ βασιλέως, καὶ αὐτοῦ ἐκείνου διὰ Λιλίου ἀναίρεσις. καὶ περὶ τῆς ἐπὶ Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως εὐρεθείσης διαθήκης Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος. ὅπως τε τὰ σώματα τῶν βα-  
 10 σιλέων τῷ θαλαττίῳ ῥοθίῳ παρεδόθησαν. ἐπιτάγιός τε εἰς Μαυρίκιον· καὶ ὅπως τὰς ἀντιδύσεις τῶν παρανομηθέντων αὐταῖς εἰς Μαυρίκιον αἱ Ῥωμαϊκαὶ δυνάμεις κρίσει προνοίας θείας ἐλάβανον, ὡς ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ μηδένα τῶν κοινωνησάντων τῆς τυραννίδος ἐκ τοσοῦτου πλήθους ὑπολειφθῆναι, ἀλλ' οἱ μὲν  
 15 λοιμῶ οἱ δὲ πύρρῳ οὐρανίῳ οἱ δὲ καὶ στόματι διεφθάρησαν μαχαίρας, ὥστε ἤνικα Ἡράκλειος ὁ βασιλεὺς πρὸς Ῥαζάτην τὸν Πέρσην πολεμεῖν ἔγνω, ἔκταξιν τῆς στρατείας ποιησάμενος δύο μόνους εὔρεν ὑπολελειμμένους τῆς φιλοτυράννου πληθύος. καὶ τότε ἤρξατο τὸ Ῥωμαϊκὸν κατὰ Περσῶν ἐνισχύειν· μέχρι γὰρ ἂν  
 20 ἐκεῖνοι περιῆσαν, ἢ νίκη τοῖς Πέρσαις ἐνηυλλίζετο. ἀναίρεσις ὑπὸ τοῦ τυράννου δι' Ἀλεξάνδρον Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως τοῦ αὐτοκράτορος παιδός, καὶ Πέτρον καὶ Κομεντιόλον καὶ Κωνσταντίνου τοῦ Λαρθῦ· πλάνη τε περὶ Θεοδοσίου, ὡς οὐ πεφόνευται.

tatio. tribunorum plebis ingens tum de locorum statione contentio atque altercatio. Cosmae partis Venetae tribuni plebis ab Alexandro propulsatio et iniecta mentio, nondum obiisse Mauricium. quo factum ut impetu quodam ad imperatoris caedem tyrannus se proriperit. hinc caedes liberorum Augusti in parentis oculis ad Eutropii. animi sapientia Caesaris, actis Deo gratiis, utque a Lilio percussus obierit. legitur et testamentum Mauricii, Heraclio imperante inventum. quomodo regia corpora marinis commissa fluctibus, et funebris in Mauricium laudatio: utque divinae iudicio providentiae Romani milites eorum, quae in Mauricium flagitiose patrarunt, poenas dederint, quod post non diu caedis tyrannidisque sociorum nemo in tanta multitudine superfuerit: peste enim alii, alii coelesti igne, ferro caeteri ad unum omnes perierunt: atque adeo Heraclius post paulo rerum potitus, cum Razate Persa bellum gesturus, delectu habito, vix duos ex illis partium studiosis relictos reperit. ac tum demum Romani Persis superiores esse coeperunt, qui dum illi nefarii superstites essent, a Persis victi semper discesserant. caedes a tyranno per Alexandrum intentata Theodosio Augusti filio: Petro item et Comentiolo atque Constantino, Lardy cognomento. falsus etiam rumor de Theodosio exortus est, quasi is tum non fuisset in-

καὶ ὅπως κατὰ Ἀλεξάνδρειαν τὰ ἀγάλματα τῆς οἰκίας ἔδρας ἀπο-  
 φοιτῶντα προηγόρευον τὰ γεγονότα καλλιγράφῳ τινί, κατὰ τὸ  
 Τυχαῖον οὕτω καλούμενον, ἀπὸ δαίπνου πρὸς τὰ οἴκοι διερχο-  
 μένω. ὅπως τε ὁ Μαυρίκιος λέγεται τρίτην μοῖραν τῶν φόρων  
 συγχωρῆσαι τοῖς ὑπηκόοις, καὶ τριάκοντα δοῦναι τάλαντα τοῖς 5  
 Βυζαντίοις εἰς νεουργίαν τοῦ τῶν ὑδάτων ὄλκοῦ· καὶ ὅπως ἐφι-  
 λοτιμεῖτο λαμπρῶς τοὺς τῶν μαθημάτων ἑραστάς. καὶ περὶ τῶν  
 γεγονότων παραδόξων τῆς τῶν αἱμάτων ῥύσεως Εὐφημίας τῆς  
 μάρτυρος, καὶ ὡς Μαυρίκιος πειράσας μᾶλλον τὸ θαῦμα δι'  
 ἀπιστίας ἐπίστωσε. καὶ ὅπως ὁ τύραννος Κωνσταντῖναν τὴν τοῦ 10  
 βασιλέως Μαυρικίου γυναῖκα ἕμα ταῖς θυγατράσιν ἐν ἰδιωτικῇ  
 οἰκίᾳ ἐνέκλεισε. πρεσβεία τοῦ τυράννου πρὸς Χοσρόην τὸν Περ-  
 σῶν βασιλέα, καὶ ἀποτυχία, κατάλλυσις τε τῶν σπονδῶν προ-  
 φρασιζομένου Χοσρόου τὴν ὅσταν διεκδικεῖν Μαυρικίου· καὶ οὐ-  
 τως ὁ Λίλιος (οὗτος γὰρ ὁ πρεσβεύων ἦν) ἀνεχώρησεν ἄπρα- 15  
 κτος. ἀναίρεσις Ἀλεξάνδρου τοῦ συννεωτερίσαντος τῷ Φωκῇ,  
 δι' ὑπόνοιαν ὅτι Θεοδόσιον τὸν Μαυρικίου παῖδα, ὃν ἀνεῖλε,  
 περιποιήσατο. ἐν οἷς καὶ τῆς ὅλης ἱστορίας τὸ πέρας.

terfectus. quomodo Alexandriae statuæ suis sedibus sponte motæ, quæ  
 Byzantii accidissent, nuntiarint calligrapho cuidam (sic forte appellato)  
 a coena domum revertenti. ut Mauricius tertiam vectigalium portionem  
 subditis remisisse feratur: triginta quoque Byzantinis donasse talenta  
 reficiendis aquæ ductibus. quo honore præmioque disciplinarum stu-  
 diosos publice affecerit. quæ in fluxu sanguinis Euphemie martyris  
 admiranda acciderint: utque Mauricius rei periculo facto, quod initio  
 non credidisset, miraculum magis confirmarit. uti Phocas tyrannus Con-  
 stantinam, Mauricii Augusti coniugem, cum filiabus privatae domui in-  
 cluserit. Phocæ ad Chosroem Persarum regem missa legatio: sed irrita.  
 ruptæ enim indutiæ sunt, Chosroe prætexente, quod Mauricium iuste  
 vindicaret. sic Lilius, qui legatus erat, re infecta domum retro rever-  
 tit. caedes Alexandri rerum novarum Phocæ socii eo nomine suspecti,  
 quasi Theodosium, Mauricii filium quem occidit, servasset. atque hic  
 universæ finis historiae.

# Θ Ε Ο Φ Υ Λ Α Κ Τ Ο Υ

P 1  
V 133

## Δ Ι Δ Λ Ο Γ Ο Σ.

### PONTANI ARGUMENTUM.

*Hoc non mediocriter festivo et erudito sane dialogo Simocatta noster in Phocam ut importunissimum tyrannum invchitur; quo imperante (imperavit autem annis octo) res Mauricii nemo ausus est litterarum memoriae commendare, ac proinde eius imperatoris historia ignota posteris ac velut mortua iacuit. iacuerunt item bonae disciplinae, quae sub Heraclio demum, Phocae successore, iterum se palamque ostenderunt. mirifice laudatur Sergius patriarcha illius temporis, studiis liberalibus ipsique historico amicissimus; cuius auctoritate ac voluntate permotus ad hanc historiam conscribendam videtur accessisse. fingit, ut mos est dialogorum, Historiam ipsam res gestas Mauricii enarraturam cum Philosophia sub platano considerare. plerumque enim in dialogis colloquentes aut disputantes sessum se recipere, et suas partes sedendo, idque in locis amoenioribus nonnunquam, agere introducuntur, ut imprimis apud Platonem et eius imitorem studiosissimum M. Tullium videre est.*

**ΦΙΛΟΣΟΦΙΑ.** Τί τοῦτο, θύγατερ; ἄγε δὴ μοι τὸ διαπόρημα τοῦτο γλιχομένη μαθεῖν διάλυσαι, οἷα μίτω τινὲ τῇ σαφηνεῖα οὐ μυθικὸν περαιομένη λαβύρινθον· δυσέμβατα γὰρ μοι καὶ δυσάγωγα τὰ τῆς θεωρίας προαῦλια. **ἹΣΤΟΡΙΑ.** ὦ φιλοσοφία πάντων βασιλεία, εἴγε συμπρέπει ἐμοῦ τε πνθίσθαι, αὐτὴν δὲ διδάσκεισθαι, ἀποκρινοῦμαι ὡς ἔχω συνέσεως. μηδὲν γὰρ ἄγνωστον ἔχοιμι καλόν, ὡς ἔμοιγε καὶ τῷ Κυρηναίῳ δοκεῖ.

**PHILOSOPHIA.** Quid hoc, filia? age, mihi discere cupienti hanc dubitationem exime, tanquam filo quodam dilucida explanatione per labyrinthum non fabulosum me dirigens. sunt enim huius spectaculi vestibula ac proemia mihi pene inaccessa, parumque me pellicunt. **HISTORIA.** Hem philosophia, omnium artium regina, si modo et me interrogari et te doceri decet, pro intelligentia respondebo: nihil quippe incognitum ducendum est pulcrum, mea quidem et Cyrenaei sententia.

ΦΙΛ. ἡδέως ἐροίμην ἐγὼ ὅπη τε καὶ ὅπως χθὲς καὶ τρίτην ἀνεβίως, ὧ θύγατερ. ἐπέχει δὲ τοῦ λόγου πάλιν ἡμᾶς, καὶ οἷα χαλινῶ τιπὶ πρὸς σιωπὴν ἀνακρούεται, τὸ τῆς ἀπιστίας ἐπαγωγότατον, μὴ πού γε φαντασία τις τερατισμάτων ἡμᾶς φενακίζηται. πολλοῦ γὰρ τοῦ χρόνου ἐτεθνήκεις, ὧ παῖ, ἔξ ὅτου εἰσ-5 ἤρρησε τῇ βασιλίδι ἀδελῇ ὁ Καλυδώνιος τύραννος, σιδήρω περιφρακτος, μισοβάρβαρος ἄνθρωπος, τὸ κυκλώπειον γένος, ὁ τῆς σώφρονος ἀλουργίδος ἀσελγέστατος Κένταυρος, ὧ βασιλεία οἰνοφλυγίας ἀγώνισμα. τὸ γὰρ ἕτερον σιωπήσομαι αἰδοῖ τῆς ἐμῆς εὐκοσμίας τῆς τε τῶν ἀκουόντων σεμνότητος. καὶ γὰρ δὴ τότε τῆς 10 βασιλέως στοῦς ἐξωστρακίσθην, ὧ θύγατερ, καὶ τῆς Ἀττικῆς ἐπιβαίνειν οὐκ ἦν, ὅποτε τὸν ἐμὸν βασιλέα Σωκράτην ὁ Θορᾶξ

P 2 ἐκείνος διώλεσεν Ἄνυτος. χρόνῳ δ' ὕστερον Ἡρακλεῖδαι διέσωσαν, καὶ τὴν πολιτείαν ἀπέδοσαν, τό τε ἄγος τῶν ἀνακτόρων ἀπειδιοπομπήσαντο. καὶ δῆτα καὶ πρὸς τὰ βασιλέων τεμένη εἰσ-15 ῥήσαν, καὶ περιλαλῶ τὰ βασιλεία, καὶ ταῦτα δὴ τὰ ἀρχαῖα καὶ Ἀττικὰ μουσουργῶ κελadhήματα. ἐμοὶ μὲν δὴ ταῦτα οὕτως ἔχει καλῶς· σοὶ δ', ὧ θύγατερ, τίς καὶ ὅπως σωτήριος γέγονεν; ΙΣΤ. μῶν οὐκ οἶσθα, βασιλεία, τὸν μέγαν τῆς ἀπανταχόθεν οἰκουμένης ἀρχιερέα καὶ πρόεδρον; ΦΙΛ. πάνυ μὲν οὖν, ὧ θύγατερ. φίλος ἐμὸς οὗτος παλαιότατος καὶ θησαυρὸς οἰκειότατος. ΙΣΤ. ἔχεις οὐκοῦν, ὧ βασιλεία, τὸ ζητούμενον αὐτο-10

B σχῆδιον ἔρμαιον. ἐκείνος ἀνεψύχωσεν, ὥσπερ ἐκ τάφου τινὸς

## 8. βασιλείας P.

PHIL. Libenter interrogarem ego, ubi et quomodo nuperrime revixeris, filia. sed reprimit me et quasi quodam freno ad silentium inhibet ac retroagit, quae me totum occupavit incredulitas, ne forte prodigiosa species aliqua nobis illudat. iam pridem enim mortua es, filia, ex quo videlicet in aulam imperatoriam irruit tyrannus Calydonius, ferro communitus, homo semibarbarus, de Cyclopum genere, in modesta purpura Centaurus petulantissimus, qui de regno ebrietatis certat: aliud enim foedius tacebo, tum modestiae meae tum gravitatis audientium rationem habens. ego quoque tunc e porticu imperatoria in exilium missa sum, filia, et in Atticam ingredi non licuit, quando regem meum Socratem Thracius ille Anytus perdidit. tempore intercedente Heraclidae me servarunt, ditionemque mihi meam restituerunt, et palatii scelus procul removerunt. sane tandem et in templa imperatorum me receperunt, et vocibus meis regia personat, eademque, vetera nimirum et Attica, modulor cantica. meae igitur res sic bene habent. tibi primo, gnata, quis et quomodo salutem attulit? HIST. An tu, regina, non nosti totius orbis praesulem et antistitem? PHIL. Equidem novi: est enim amicus meus pervetus et thesaurus familiarissimus. HIST. Habes igitur, regina, ad id quod quaesivisti responsum ex tempore. rem exoptabilem

τῆς ἀλογίας ἀναλαβόμενος, οἷάπερ Ἄλκηστιν τινα ἀλεξικάκον  
 τινὸς Ἡρακλέους ἀναστησάμενος ῥώμη. εἰσεποιήσατο δὲ μεγα-  
 λοφρόνως, περιέβαλέ τε ἐσθῆτα φαειράν, καὶ χρυσῶν κατεκό-  
 σμησεν ὄρμῳ. τὸν δὲ κρωβύλον τουτονί, τέτιξ δ' ὁ ἄρα αὐτῷ  
 5 χρυσεὸς ἐστὶν ἐφεζόμενος, ὃ θεσπέσιος οὔτοσι κατηγλαΐσει, τῷ τε  
 παρόντι συλλογισμῷ ἐλάμπρυνε. βῆμά τε προτέθεικεν εὐμενῶς  
 ἰδρυμένον καὶ παρρησίαν ἀκίνδυνον. **ΦΙΛ.** ἄγαμαι, θύγατερ, V 134  
 τῆς μεγαλονοίας τὸν ἱεροφάντην ἐγώ, ὀπόσης κατορθωμάτων  
 ἀναβάσεως ἐπιβέβηκε, τὴν ὑψηλὴν τῆς θεολογίας ἀκρώρειαν πε-  
 10 ρικαθήμενος ἐπὶ τε τὸν κολοφῶνα τῶν ἀρετῶν τὴν ἀποικίαν C  
 ποιούμενος, καὶ τῶν ὑπὸ σελήνην πλεονεκτημάτων ἀντέχεται,  
 καὶ βίος αὐτῷ οἱ πανάριστοι λόγοι· οὐκ ἐθέλει γὰρ οὔτε τὸν πε-  
 ρίγειον κόσμον μένειν ἀκόσμητον. οὕτως ὀναίμην τῶν ἐμῶν  
 ἐραστῶν. ἢ σώματος ἐκτὸς φιλοσοφεῖ ἐπὶ γῆς, ἢ θεωρία σω-  
 15 ματωθεῖσα μετὰ τῶν ἀνθρώπων ὡς ἀνθρωπος ἀναστρέφεται.  
**ΙΣΤ.** κάλλιστά γε, βασιλεῖα, τῶν ἐγκωμίων τὸν στέφανον ἐπλε-  
 ξας. ἀλλ' εἴ σοι δοκεῖ, περὶ ταυτηνὴν τὴν πλάτανον καθίσωμεν  
 μικρόν· ἀμφιλαφές γὰρ τὸ δένδρον, τοῦ τε ἄγρου τὸ ὕψος καὶ  
 τὸ σύσκιον πάγκαλον. **ΦΙΛ.** πρόαγε δῆτα, ὦ παῖ, καὶ βαλ-  
 20 βιδά τινα τῆς διηγῆσεως τοῖς φιλακροάμοσιν ὡσπερ ἐντίθει D  
 προοίμιον. ἐγὼ δέ σοι ἐπιστήσω τὸν νοῦν οἷά τις Ἴθακήσιος, μὴ  
 διαβύσασα τὰ ὄτα, καὶ Σειρηναίων ἀφηγημάτων ἀκούσομαι.  
**ΙΣΤ.** τοιγαροῦν πειθαρχήσω, βασιλεῖα, τὴν τε τῆς ἱστορίας

ille in vitam reduxit, meque tanquam e sepulcro aliquo taciturnitatis re-  
 cuperavit, et ut Alcestin aliquam viribus alicuius Herculis malorum de-  
 pulsoris resuscitavit. adoptavit autem me excelso animo, splendida ve-  
 ste operuit, et monili decoravit aureo; et hunc crobylum, sive plexum  
 capillorum in vertice, cicada ex auro insidente, divinus hic vir exorna-  
 vit, et qua vides ratione illustravit, stabilemque mihi sedem benevole  
 proposuit, et libertatem omni periculo vacantem concessit. **PHIL.** Miror  
 antistitis ingentem animum, quo tam alte in recte factis ascendit, et in  
 summo fastigio divinae scientiae sese collocavit, et usque ad apicem vir-  
 tutum progressus est, omnesque sub sole praerogativas consecratur; cui  
 vita est omnimodis optima et cultissima artes. nec enim vel terrenum  
 ornatum inornatum manere vult. ita fruar meis amatoribus. quae cor-  
 pus non habet, in terris philosophatur, et commentatio corporata cum  
 hominibus ut homo versatur. **HIST.** Pulcerrime tu encomiorum coronam  
 contexisti. sed si placet, ad platanum istam paulum consideramus: est  
 enim excelsa et ad locum opacandum patulis diffusa ramis bellissime.  
**PHIL.** I prae igitur, filia, et prooemium ceu carceres quosdam narra-  
 tioni ad audiendum iucundae praetexe. ego tibi animum adhibebo, non  
 (velut Ithacensis Ulysses) obturatis auribus, Sirenicasque narrationes  
 auscultabo. **HIST.** Obtemperabo, regina, historiaeque lyram pulsabo.

λύραν τινάζομαι. ἔσο δέ μοι πληκτρον αὐτῆ μουσικώτατον· ὠκεανὸς γὰρ ἐπιστήμης ἔφυς καὶ λόγων τις, ἐν σοί τε πῦσα χάρις, ἄτε νῆσος, τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστειφάνωται.

esto tu mihi plectrum maxime musicum: es enim scientiae et eloquentiae Oceanus. in te omnis gratia, velut in insula, quam immensus, ut est apud poetam, pontus circumdat.

P 3  
V 135

## Π Ρ Ο Ο Ι Μ Ι Ο Ν.

Δεῖ μὴ μόνον τοῖς ἐκ φύσεως ἀγαθοῖς ἀλλὰ καὶ οἰκείοις εὐρή-  
μισι κατακοσμεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον. ἐνιστι γὰρ λόγος αὐτῷ,  
χρημῆτι θεῖον καὶ ἀξιάγαστον. τούτῳ καὶ θεὸν αἰδεῖσθαι καὶ  
σέβειν μεμάθηκε, καὶ τὰ τῆς οἰκείας ἐνοπτρίζεσθαι φύσεως καὶ  
τῆς ἑαυτοῦ διαπλάσιως τὴν σύνταξιν οὐκ ἠγνόησε. τοιγάρτοις  
λόγῳ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς συννεύουσιν ἄνθρωποι, καὶ ἐκ τῆς ἔξω  
περιωπῆς ἐπ' αὐτὸν τὸν νοῦν εἰσκυκλήσαντες τὰ τε περὶ τῆς  
σφῶν αὐτῶν δημιουργίας ἀνελίττουσιν ὄργια. πολλὰ μὲν οὖν  
οὗτος ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις δεδώρηται, καὶ συνέριθός ἐστι τῆς  
φύσεως ἄριστος. ἂ γὰρ ἐκείνη διέλειπε, λόγος τετελειοῦργηκε 10  
B βέλτιστα, ἂ μὲν εἰς θέαν ἐγκαλλωπίσας, ἂ δ' ἐς γεῦσιν ἠδύνας,  
ἔνια πρὸς ἀφὴν τονώσας ἢ μαλακίσας, ἄλλα πρὸς ἀκοὴν μου-  
σουργήσας, τῇ τῆς ἀπηχῆσεως ἕγγυ κατακηλῶν τὴν ψυχὴν καὶ  
πρὸς τὰ ἀκούσματα μετελκόμενος. ἢ οὐχὶ καὶ τεχνῶν οὗτος σο-  
φιστῆς πιθανώτατος; ἔξ ἑρίου μὲν εὐήτριον ἰσιουργήσας χιτῶ- 15

Non ex bonis tantummodo natura insitis, verum etiam ex inventis ab se excogitatisque rebus coonestari et exornari hominem consentaneum est. possidet namque rationem, divinum quiddam et admirabile, cuius beneficio deum venerari, ei vota et preces adhibere, conditionem suam perinde ut in speculo intueri, quemadmodumque fictus atque coagmentatus fuerit, probe didicit. proinde ratione et intelligentia in semet conversi mortales, et ab exteriorum circumspectu in ipsam mentem ceu gyro quodam delati, fabricationis suae mysterium evolvunt. haec igitur, ratio, inquam, multa nobis ornamenta comparavit, naturae ipsius operum ac laborum socia et adiutrix praeclarissima. etenim quae illa intermittit et in quibus deficit, haec quam rectissime perficit et absolvit, alia quidem ad aspectum venusta reddens, alia ad gustatum condiens, quaedam ad tactum solidans aut emolliens, nonnulla ad auditionem musicis numeris distinguens, sonororumque illecebris pectora demulcens, et ad commodandas aures alliciens. quid? an non haec artium quoque vulgarium et in medio positarum repertrix est probatissima? e lana nimirum elegantem



ριον, ἐκ δὲ ξύλων γεωργοῖς μὲν τεκταινόμενος ἐχέτην, πλωτῆρσι  
 δὲ κόπην, τῷ τε στρατιώτῃ πέλτην καὶ γέροντι κινδύνων πολεμι-  
 κῶν ἀμυντήρια. ἀξιολογώτατόν τε πάντων, τὸ τῆς ἱστορίας  
 διέθετο πολυπειρότατον ἀκοῆ μὲν ἡδυσμα, τῇ δὲ ψυχῇ παιδευ-  
 5 τήριον· οὐδὲν γὰρ ταῖς φιλοπευθεῖσι ψυχαῖς ἔνεστιν ἱστορίας C  
 ἐπαγωγότερον. ἱκανὸν δὲ τῷ τεκμηριῶσαι Ὀμηρικῆς τι δέλτου  
 δῆγημα. ἐπὶ τὴν Ἀλκινόου τοῦ βασιλέως ἀλλήν ὁ τοῦ Δαίετου  
 παῖς ἔναγχος ἐκ τοῦ θαλαττίου κλύδωνος ἐπὶ τὴν ἠπειρον ἐκβρα-  
 σθεὶς ἐξενίξετο, καὶ πολλὴ ἀμφὶ τὸν Ὀδυσσεῖα φιλοφροσύνη πε-  
 10 ριεκέχυτο. πρόχειρον γὰρ ἦν γυμνῷ καὶ τετραχωμένῳ τὸ σῶμα  
 συμφορᾷ ναυαγίας ἐσθῆτα λαμπρὰν ἐμπορησασθαι. ἐπῆν δ'  
 αὐτῷ καὶ κοινὸν τῆς βασιλέως τραπέζης ἀξίωμα. καὶ οὖν τῷ  
 ἐπήλυδι παρείχετο καὶ γλώττης ἑλευθερία καὶ διηγημάτων ἐκδέ-  
 σεως ἄδεια. τοὺς δὲ Φαίακας οὕτω τὰ τῆς ἱστορίας ἐνηύφρα-  
 15 νεν ὡς χαίρειν εἰπόντας τῷ πότῳ θεάτρον εἶναι δοκεῖν τὸ συμ- D  
 πόσιον, καὶ διανιστᾶν τὰ ὄψα, καὶ κεχηρῆναι θεωμένους τὸν ἄν-  
 δρα, καὶ τῷ μήκει μηδαμῶς τῆς διηγήσεως ἀποκναίεσθαι. καί-  
 τοι τὰ πολλὰ τῶν ἀφηγημάτων κατηφεῖς εἶχε τὰς ὄψεις· μεγί- P 4  
 στων γὰρ κινδύνων ἐμπειρία περιέτρεπε τῇ συνουσίᾳ. λίχνον γὰρ  
 20 ἀκοῆ καὶ ἀκόριστον, ἐστιωμένη λόγον παράδοξον. ἔνθεν ἄρα  
 καὶ τοὺς ποιητὰς ἐπὶ παιδείᾳ πρῶτους ἐνευδοκίμησαντας ἔστι  
 θεάσασθαι· πυραλαβόντες γὰρ οὗτοι τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυ-

contextit tunicam; e ligno agricolae stivam, nautae remum, militi peltam  
 et scutum fabrefacit. verumtamen nihil praestabilius ex omnibus quam  
 multifariam historiarum cognitionem instruit, quae et auribus oblecta-  
 mentum et animis quaedam discendi officina est, quando non aliud quid-  
 quam mentibus cognoscendi amore flagrantibus aequae blanditur; id quod  
 narratio quaedam Homericum poematis ad fidem faciendam satis apposite  
 cuiquam probaverit. in regiam Alcinoi regis Ulysses paulo ante vastis  
 fluctibus in littus proiectus hospitio suscipitur, mirificaque comitate et  
 benevolentia tractatur. illico enim nudum eius corpus et ex naufragio  
 sale tabentes artus veste splendida cooperiuntur; regia mensa dignatur;  
 et libertas loquendi, quaeque vellet commemorandi potestas homini ignoto  
 ac peregrino conceditur. Phaeacas porro tanta iucunditate ipsa casuum  
 expositio perfundit, sic eos detinet, ut poculorum immemores convivium  
 in theatrum mutavisse videantur, auresque arrigant, et ab ore viri illius  
 contemplabundi pendeant, nec ex narratione tametsi longa taedium ullum  
 sentiant, quamquam tristia multa referat, periculorumque gravissimorum,  
 quae subierit, commemoratione coetum illum convivantium velut inundet.  
 aures namque, cum sermone quopiam de rebus novis et admirandis tan-  
 quam epulis accipiuntur, liguritorem imitantes avidae insatiabilesque re-  
 periuntur. quam ob causam etiam poetas eruditione principes celebre ad  
 posteros nomen consecutos videre licet. qui hominum ingeniis sciendi

γὰς φιλοῖστορας καὶ πρὸς μάθησιν ὀργώσας αἰὲ καὶ ξένων διψώ-  
 σασ διηγημάτων, τεχνουργοῦσιν αὐταῖς μυθολόγημα, καὶ περι-  
 βάλλουσι φράσιν τῷ πλάσματι, ῥυθμῶ δὲ τὸ ψεῦδος στιμμί-  
 ζουσι, καὶ μέτροις οἷα κεστοῖς θελκτηρίοις τισὶ τὸ τεράτευμα  
**B** καλλωπίζουσι. καὶ τοσαύτην εἶχεν ἡ ψυχαγωγία τὴν δύναμιν 5  
 ὡς καὶ θεολόγων εἶναι νομίζεσθαι, καὶ παρ' ἐκείνους φοιτῶν τοὺς  
 θεοὺς, καὶ ταῖς ἐκείνων γλώτταις παραγυμνοῦν τοῖς ἀνθρώποις  
 τὰ οἴκοι, καὶ εἴ τί ποτε τῷ σφῶν αὐτῶν βίῳ συνέντευχεν ἀνδρα-  
 γάθημα ἢ δυστύχημα. οὐκοῦν ἐρήσειέ τις κοινήν ἀπάντων ἄν-  
**V** 136 θρώπων τὴν ἱστορίαν διδάσκαλον, εἰσηγουμένην οἷς τε ἐγχειρη- 10  
 τέον καὶ ἄ παροπτέον ὡς μὴ συνοῖσοντα. ἐμφρονεστάτους τε  
 τοὺς στρατηγούς δι' ἐκείνης ἔστιν ἰδεῖν· τάττειν γὰρ δυνάμεις  
 ἐπίσταται, ὅπως τε λόχοις σοφίζεσθαι δεῖ τὸ πολέμιον. καὶ ταῖς  
**C** μὲν τῶν ἄλλων συμφοραῖς προμηθεστέρους σφῶς αὐτοὺς ἀπεργά- 15  
 ζεται, τοῖς προσφαιεῖσιν ἑτέροις ἐκείνους ἰθύνουσα· ταῖς δ' αὖ  
 πάλιν εὐπραγίαις εὐδαιμονεστέρους ἀπέδειξε, μικραῖς ἀφορμαῖς  
 μεγάλας ἀρετῶν κορυφὰς ἐπαυξάνουσα. καὶ τῷ μὲν πρεσβύτῃ  
 χειραγωγός τις ἐστι καὶ βακτηρία, τῷ δὲ νέῳ παιδαγωγός κάλλι-  
 στος καὶ συνειώτατος, τῇ πολυπειρίᾳ πολιοῦσά πως τὸν νεώτε-  
 ρον, καὶ προφθάνουσα τοῦ χρόνου τὰ κατ' ὀλίγον μαθήματα. 20  
 πρὸς ἣν ἐπιδραμοῦμαι καὶ τὸς, εἴ καὶ μεῖζον ἢ κατ' ἐμὲ τὸ ἐγχεί-

cupidis et ad descendum mire semper inclinantis variorumque narra-  
 tionum sitientibus sese accommodantes, artificio quodam fabulas ipsis seu  
 figmenta procidunt, quae scita et ornata elocutione convestiant, nume-  
 ros quasi quaedam pigmenta et fucum illinunt, et portenta sua carmi-  
 nibus ut cestis seu cingulis quibusdam ad delectationem appositis decen-  
 ter circumdant. tantumque voluptas ea valuit, ut etiam Theologi habe-  
 rentur, et dii immortales ad eos ventitare eorumque linguis domestica  
 sua, et si quid aliquando faustum infaustumve sibi contigisset, homini-  
 bus pandere crederentur. quod cum ita sit, historiam communem gene-  
 ris humani magistram atque doctricem iure dixerim, praeentem nobis  
 ac praemonstrantem quae capessere et quae ut inania nihilque profutura  
 aspernari debeamus; a qua condocefactos duces militares prudentissimos  
 evasisse in confesso est: novit enim ordines disponere, et qua via ho-  
 stem callide circumvenias. iisdem per eventa aliena procuracionem et  
 cautionem maiorem inserit, perque aliorum frustrationes et offensiones  
 tutiore itinere illos ducit. similiter secundis aliorum successibus beatio-  
 res efficit, dum eos occasionibus non magnis ad magnarum virtutum fa-  
 stigia provehit. ac senibus quidem manufactrix et baculus, adolescenti-  
 bus paedagoga et institutrix optima ac sapientissima est, peritia multa  
 quandam iis canitiem concilians, et quae procedens tempus paulatim eos  
 doceret, ea ipsa docendo antevertens. cui ego quoque studium et ope-  
 ram meam dicabo, quanquam maius onus capessere me intelligo quam  
 istis humeris sustinere possim, quandoquidem nulla mihi suppeditat ver-

ρημα διὰ τὸ τῆς λέξεως ἀγεννές, τῶν τε νοημάτων τὸ ἀδρανέ-  
 στατον, τῆς τε τοῦ λόγου συνθήκης τὸ ἀκαλλές, τὸ τε τῆς οἰ- D  
 κονομίας ἀτεχνότατον. εἰ δέ ποιν εὐχαρί τι τῶν ἐκτεθησομένων  
 φανείη, τύχη τινὶ προσαπτέσθω· μὴ γὰρ ἐπιστήμη τὸ αἴτιον.

borum dignitas, nulla sententiarum gravitas, nec orationem belle ac fe-  
 stive contexere scio, et eius oeconomiae artificiique sum rudissimus.  
 quodsi quid eorum quae referemus, cum lepore et venustate expositum  
 videbitur, id a fortuna quadam, non a scientia mea profectum existi-  
 metur.

Θ Ε Ο Φ Υ Λ Α Κ Τ Ο Υ

Ι Σ Τ Ο Ρ Ι Ω Ν

Λ Ο Γ Ο Σ Α'.

T H E O P H Y L A C T I

H I S T O R I A R U M

L I B E R I.

PONTANI ARGUMENTUM.

(1) *Tiberii Augusti sub excessum praeclara oratio. Mauricius successor palam declaratur. (2) Vox divinitus ad Tiberium delata. eius e vita abitio. populi luctus et lacrimae. funus et sepultura. (3) Inter Abares et Romanos ictum foedus ignominiosum. Chaganus elephantum spectandum, lectum aureum et praeter pactam in foedere pecuniam viginti millia ab imperatore poscit. foedus rumpit. (4) Urbs Singidon a Chagano capitur, Augusta et Viminacium expugnantur, Anchialus devastatur, vici propinqui hostiliter diripiuntur. Romanorum ad Chaganum legatio. (5) Liberior et minacior Comentioli apud Chaganum eiusque optimates oratio, cum praedicatione Romanorum eximia. (6) Chaganus excaescit: Comentiolum punit atrocius. alia ad Abares legatio. viginti aureorum millia ad priora octoginta spondentur. (7) Sclavorum ad longum murum hostilis progressio; et in iis caedendis fugandisque Comentioli ducis memoranda virtus. (8) Foedus a Chagano iterum persuadatur: caussa Bocolabras quidam magus, Scythae genere. Targitius Chagani legatus in insulam relegatur. urbes Romanorum subiguntur. (9) Transitus ad res Persicas. Romanorum cum Persis ad Nymphium flumen adverso Marte congressus. (10) Mauricii et Constantinae Augustorum nuptiae magnificentissimae. civitatis publica laetitia gratulatioque. (11) Incendium in foro sub initia imperii Mauricii. miraculum de concha Glyceriae martyris. Paulinus praestigiator in crucem agitur: filio caput amputatur. (12) Aphumi castellum a Persis, Acha a Romanis oppugnatur, et a Persis supervenientibus liberatur. ingens terrae motus imperio Mauricii adhuc recenti, eiusdemque consulatus et*

in populum liberalitas. Ioannis ducis exauctoratio. (13) Philippicus imperatoris sororius praetor Orientis decernitur. eius expeditiones. e Perside redeuntes Romani via aberrant et extrema siti cruciantur. captivos utriusque sexus interficiunt. pueri servati moriuntur siti. (14) Philippicus Arzanenam regionem suis diripiendam permittit. ab imitatione Scipionis Romani commendatur. aegrotat. Cardariganus Monocartum frustra invadit, latrociniiis et incendiis grassatur. Philippicus Byzantium redit; inde rursus veris initio discedit. (15) Persarum ad Romanos de bello finiendo legati. Mebodi legati oratio. Iocus communis contra bellum. Romanorum recusatio et ad conflegendum cum Persis promptissima voluntas.

1. Ὅτε τὸν αὐτοκράτορα Τιβέριον τῆς ἐντεῦθεν ἔδει λοιπὸν μεταβῆσεσθαι λήξεως καὶ τῷ κοινῷ ὑπέειπεν νόμῳ τῆς φύσεως, ἐπιθεμένης τῇ νόσῳ μελαίνης χολῆς, ὡς σύνηθεις παισὶν ἀποκαλεῖν ἰατρῶν, ἀνερορήθη Μαυρίκιος, καὶ βασιλέως ἀξία μεγαλαυχεῖται, καὶ νεάζων τῇ ἀλουργίῳ τῆς μεγάλης τῶν αὐτοκρατόρων δυνάμεως μετελάχανε. φοράδην γὰρ ἀχθεῖς ὁ βασιλεὺς Τιβέριος ἐπὶ τὴν ὑπαιθρον τῶν βασιλείων ἀδλήν, ἣτις παρήνωται τῇ πολυστιβάδι τῶν ἀνακτόρων οἰκίᾳ προαυλίῳ περιφανεῖ καὶ περιδόξῳ τῷ προσκηλίῳ, τὸν τῆς ἱεραρχικῆς προεστῶτα καθέδρας  
 10 συγκαλεσάμενος (Ἰωάννης δὲ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τοὺς τῆς ἐκκλησίας διέθνεν οἰάκας) τὸν τε τῶν ἱερῶν ἀξιωματῶν συναθροισάμενος ξύλλογον, τοὺς τε δορυφόρους καὶ φύλακας, καὶ πάντας τοὺς ἐς βασιλέως τιμὴν συντεταγμένους, ναὶ μὴν καὶ τοὺς ἐπισημοτέρους τοῦ δήμου, αὐτὸς μὲν οὐδέπω τοῖς ἐντυχοῦσι διείλε-  
 15 κται, βασιλέως δὲ γλῶτταν τὸν Ἰωάννην ἐδείκνυεν, ἄνδρα ῥήτορά τε δεινὸν καὶ νόμων Ῥωμαϊκῶν ἐπιστήμονα, ὃς τὰ βασιλέως

1. Cum iam Tiberio Augusto, atra bile, quam medici vocare consueverunt, morbum aggravante, ex huius vitae diversorio demigrandum esset et dies commune illud naturae debitum persolvendi adesset, Mauricius successor ante nominatus ad imperatoris honores magnifice extollitur, purpuraque insignis supremam Augustorum potestatem sortitur. Tiberius namque in atrium palatii, iuxta domum, in qua multi ex herbis seu frondibus ad coenandum dormiendumve tori sive lectisternia, vestibulum illustre visendumque proscenium, huc, inquam, gestatus, accersito Ioanne, qui ea tempestate cathedram hierarchicam obtinens ecclesiae gubernacula moderabatur, virorum praeterea ecclesiasticas dignitates gerentium coacto collegio, praesentibus item praetorianis militibus et custodibus corporis et aulicis demum universis, nec non civibus primariis, ipse quidem per se ad conventum non dixit: verum eas partes Ioanni quaestori (ut Latina lingua appellatur) mandavit, homini eloquenti, Romanarumque legum et consuetudinum haud ignaro; qui decreta et san-

προστάγματα τῷ διατόνω τῆς εὐγλωττίας ἐμεγαληγόρει βασιλικῆς  
 μεγαλοφροσύνης ἐπάξια. τοῦτον ἐπιχωρίῳ Ῥωμαῖοι φωνῇ ἀπο-  
 C καλοῦσι κουαίστορα. παρῆν γοῦν ὁ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ χειροτο-  
 νίᾳ τοῦ βασιλέως, ἅμα τῇ παιδί Κωνσταντίνῃ, ἣν τῷ Μαυρι-  
 κίῳ τύχης ἅμα καὶ βλου κοινωνὸν ἐποίησατο, καὶ πρό γε τῆς ἀναρ- 5  
 ρήσεως τῷ ξυλλόγῳ τάδε παρέθετο.

“Τὸ πολυθρύλλητον τοῖς ἔθνεσιν ὄνομα καὶ ἐπίτιμον, τὸ  
 ἐπὶ στομάτων πολλῶν ἐπ’ εὐφημίᾳ δι’ εὐκλειαν περικείμενον, με-  
 γάλαι καὶ τελευταῖαι νῦν αἱ τῶν φροντίδων ὠδῖνες ἡμῖν περι-  
 στανται, αἱ μὲν τὰ τῆδε διαθεῖναι καλῶς ἀναγκάζουσαι, αἱ δὲ 10  
 τῇ διαζεύξει τῆς μεταστάσεως ἐκταράττουσαι καὶ τὴν ἐνθένδε  
 D τοῖς λόγοις τῆς βιοτῆς παραθέσθαι τῷ δημιουργῷ κατεπέγουσαι.  
 καὶ περιδεῆς μοι τήμερον ἢ πάλαι παρρησία καὶ ἄδεια· οἷς γὰρ  
 ἀφθονία τῆς ἐξουσίας, τούτοις εἰκὸς καὶ τὰ σφάλματα παρέπε-  
 P 9 σθαι πλείονα. ἀλλ’ ὅμως αἱ περὶ τῆς βασιλείας ἡμῖν ὀξύτεραι 15  
 καὶ προκύντουσαι, οὐχ ὅτῳ ταύτην οὕτω ταχὺ κατατίθεσθαι,  
 ἀλλ’ ὅτῳ ταύτην ἔνεστι καλῶς διατίθεσθαι, ἐπεὶ μηδὲ κατενεγ-  
 γυώμην ταύτην ἐγὼ ἐπὶ τε τροφῇ τῆς ἐξουσίας καὶ κολακείᾳ τοῦ  
 σώματος. ὄρω δὲ καὶ τὴν φύσιν μετὰ τῆς τύχης ἡμᾶς κατατρύ-  
 χουσαν. βασιλεία γὰρ καὶ παῖδες καὶ γύναιον κατὰ ταυτὸν ἐπι- 20

### 11. an τῶν ἐνθένδε τοὺς λόγους?

cita ab imperatore potenti facundia sua honorifice, et ut imperiali alti-  
 tudine animi dignum erat, pro concione promulgare atque exponere con-  
 sueverat. ad imperatorem igitur novum sibi surrogandum praesens Au-  
 gustus, una cum filia Constantina, quam Mauricio vitae fortunarumque  
 comitem ac sociam individuum tradiderat, ante publicam renuntiationem  
 ad astantium multitudinem hunc in modum disseruit.

Viri Romani, nomen per omnes gentes vulgatissimum honoratissi-  
 mumque, et propter claritudinem atque gloriam plurimorum linguis de-  
 cantatum, scitote me nunc magnis et postremis sollicitudinibus cruciari;  
 quarum aliae me stimulant ut a quibus discedendum est, ea recte atque  
 ordine constituta relinquam, aliae ipso transitu ex hac luce, quo a vo-  
 bis divellar, animum percellunt, quandoquidem quae omnium annorum  
 meorum decursu a me patrata sunt, eorum ratio universorum effectori  
 omnino mihi reddenda erit. et illa quondam libertas ac securitas mea  
 in pavorem non mediocrem vertit. qui enim amplioribus sunt potestati-  
 bus praediti, eos plura etiam vitia et peccata plerumque comitantur.  
 caeterum curae super imperio praeponderant, urgentque vehementius,  
 non in cuius cervicibus illud reclinare festinem, sed cuinam id bene felici-  
 terque committam, quoniam nec mihi idcirco desponsum ac traditum  
 fuit, ut in eo deliciis vacarem et blandimenta corporis consecrarem. ne-  
 que vero quorum fortuna dominatur, ea tantum, sed natura quoque per-  
 quam sollicitum me habet. simul imperium, liberi, uxor premunt. res

τίθενται, ἡ μὲν ἡγεμόνα ζητοῦσα σοφόν, ἡ δὲ κηδεμόνα χηρείας ἐπιεικέστατον τε καὶ εὐσεβέστατον, αἱ δὲ τοῦ χειραγωγοῦντος διὰ τὸ τῆς ἡλικίας ἄωρον τό τε τῆς θηλείας φύσεως ἀσθενέστερον. περιφρονῶ δὲ πολλὰκις ὑπὸ τῆς νόσου τὴν φύσιν, καὶ τὸν B  
 5 ἐκείνης δραπετεύω δεσμὸν, καὶ παίδων ὑπερορῶ, καὶ περιῶπταί μοι γύναιον, ἥδη τεθνήσκει δοκῶν καὶ τῆς προμηθείας ἐλευθερίαν λαχεῖν. ἀλλ' εὐθὺς ἡ περὶ τῶν σκῆπτρων ἀπαραίτητος φροντίς εἰσεπήδησεν· οὐ τὸ μόνον γὰρ διατηρῆσαι κράτος ἐμπιστευθέν ἐστιν ἄγών, ἀλλὰ καὶ τὸ δεόντως ἑτέροις παραπέμψαι τὸν κλη-  
 10 ρον. δεῖ γὰρ τῶν προτέρων ἡγεμόνων εἶναι τοὺς δευτέρους ἀμεί- νους, ἵνα τοῖς προσφαλεῖσιν ἐκεῖνοι τὴν παρ' αὐτῶν διόρθωσιν V 140 εἰσαγάγωσιν, ἢ διολισθαίνειν ἅπαν συλλήβδην εἰπεῖν τὸ ὑπῆκοον, ἀδρανεστέρᾳ κρηπίδι τὴν βασιλείαν στηροῦσαντι. τούτων κατε- σθιόντων τῶν λογισμῶν τὴν διάνοιαν, ἡ τέχνητις ἡμῶν πρόνοια C  
 15 συλλαμβάνει τῶν πόνων, καὶ μίαν μεθ' ἡμῶν βουλὴν προηγέ- κατο, καὶ δείκνυσι τὸν βασιλεύσοντα ἐπιβάτην τε τῆς ἔξουσίας ἐσόμενον, Μαυρίκιον τουτονί, ἄνδρα λυσιτελέστατον τῆ Ῥω- μαίων ἀρχῆ, πολλοὺς καὶ μεγάλους πόνους ἐγκαταθέμενον, ὥσπερ ἀρραβῶνάς τινας προκαταβαλόμενον τῆς ἐσομένης ἀμφὶ τὸ ὑπῆ-  
 20 κοον προνοίας αὐτοῦ. τοῦτον αὐτοκράτορα τήμερον ὄψεσθε.

2. quidni τὸν χειραγωγοῦντα?

11. προσφαλοῦσιν P.

Romana rectorem sapientia valentem, coniux curatorem viduitatis suae aequissimum iuxta ac religiosissimum, filiae, qui eas ob immaturam aetatem et muliebris animi imbecillitatem quasi manuducat et regat, desiderant. quanquam ego naturae faces morbo acrius saeviente saepenumero despicio, illiusque vincula abrumpo, et simul liberos posthabeo, simul uxorem negligo, dum me iam hinc excedere et ab huiusmodi procuratione liberari puto. at enim mox sceptri sollicitudo inexorabilis in me insilit, quando non solum creditum sibi imperium tueri atque conservare, verum id ipsum nihilominus ut hereditatem quandam, et ita ut honestum est, ad alios transmittere difficultatem habet maximam, cum principes successores praestare decessoribus suis oporteat, quo illorum virtute sapientiaque horum lapsus et delicta corriganter: alioqui, ut summam dicam, universa imperii moles, tanquam infirmo nitens fundamento, labatur et corruat necesse est. cum hisce curis exederemur, inspectrix omnium rerum providentia molestiam nostram allevavit, consiliumque nobiscum quoddam reperit, et qui secundum nos imperii fastigium conscensurus esset ostendit, Mauricium hunc scilicet, quem coram videtis, hominem rei Romanae opportunissimum, cuius causa nec paucos et praedicandos labores exhaustit, futuraeque erga cives sollicitudinis ac provisionis suae quasi quoddam pignus iam deposuit. hunc hodierno die imperatorem aspicietis. tanta porro cum spe et fiducia hanc provinciam omnium gravissimam illi committo ac trado, idque bona cum animi valetudine, ut eidem una cum principatu filiam quoque meam uxorem com-

- οὕτω δὲ πέποιθα ἐπὶ τήνδε τὴν μεγίστην ἐγγείρησιν (καὶ τὰ τῆς  
 διανοίας οὐ σκάζει κινήματα) ὡς καὶ τὸ θυγάτριον ἅμα τῇ βα-  
 σιλείᾳ τούτῳ πεπίστευκα. τηλικούτῳ φύσεως ἐνεχύρω θαρσύ-  
 D νων ἡμῶς, ταύτην ἐφόδιον τὴν ψυχαγωγίαν ἐπὶ τὴν μακρὰν ἐκεί-  
 νην ἐκδημίαν ἀποίσομαι. καὶ ἡμεῖς δὲ μοι μάρτυρες τῆσδε τῆς  
 καλλίστης συντάξεως ἀξιόχρεω, ἐξ ὧν ἐπειράθητε ἡμῶν τε ἡμιο-  
 χούτων τὴν ἡγεμονίαν καὶ τοῦδε παριππεύοντος λίαν ἡμῶν ἐμ-  
 φρονέστατα. σὺ δὲ μοι, Μαυρίκιε, κάλλιστον ἡμῶν ἐπιτάφιον  
 τὴν σὴν βασιλείαν πεποίησο. κόσμει τὸν ἐμὸν τάφον ταῖς σαῖς  
 ἀρεταῖς, μῆτε τὰς τῶν πεπιστευκότων καταισχύνων ἐλπίδας, 1  
 P 10 μῆτε τὰς σὰς ἀγνωμονῶν ἀρετὰς τὴν τε τῆς ψυχῆς δραπετεῦων  
 εὐγένειαν. χαλίνου λόγῳ τὴν ἔξουσίαν, φιλοσοφίᾳ τὸ κράτος  
 οὐάκιζε· βασιλεία γὰρ ὑψηλὸν τι χρῆμα καὶ μετέωρον, ἐς μέγα  
 τὸν ἐπιβάτην ἀπαιωροῦσα, τοῖς τε λογισμοῖς ἐκφρονάττουσα. δό-  
 κει μὴ πάντων ὑπερέχειν τῷ φρονιμώτατος εἶναι, εἰ καὶ τὰ τῆς 1  
 τύχης ὑψηλὰ σοι παρὰ πάντας. θῆρα παρὰ τῶν ὑπηκόων ἀντὶ  
 μὲν φόβου τὴν εὐνοίαν, ἀντὶ δὲ κολακείας τίμα τὸν ἔλεγχον οἷα  
 διδάσκαλον ἄριστον· ἀνουθέτητον γὰρ ἔξουσία, καὶ παιδείας  
 οὐκ ἀνεχόμενον. ἔστω πρὸ τῶν σῶν ὄφθαλμῶν σύνεδρος ἡ δίκη,  
 B πρῶτανεύουσα τῶν βεβιωμένων ἀντίδοσιν. νόμιζε τὴν πορφύ- 2  
 ραν, τῷ φιλόσοφος εἶναι, εἰτελές τι ῥάκος ἀμπέχεσθαι, τὸν δὲ

## 19. οὐκ deest IP.

 vivium quoddam oculis praebent. visuntur illic umbrosa tabernacula ex  
 densitate arborum; quibus qui ascendunt occultantur, multusque ibi me-  
 ridiano tempore calor sentitur, quando radiis solaribus etiam abdita ter-  
 rarum aestuant. et est res iucunda visu, difficilis explicatu. circum-  
 fluit aquarum copia, quae neque bibentem nimio frigore molestia, neque  
 frigus captantem propter mollius, ut ita dixerim, consortium taedio af-  
 ficit. Praeterea aviculae, arborum ramis fronde nova pubescentibus sus-  
 tentatae, spectatores cantibus suis hospitio musico accipiunt. cantant  
 porro illis absque luctu et ira, malorum oblivionem omnium inducens,

τὴν ἄλνυπίαν τοῖς ὀδίταις ταῖς ψδαῖς παρὰ πλέμπουσιν. ὁ τε κίτ-  
 τὸς καὶ ἡ μυρρίνη καὶ ἡ σμίλαξ μετὰ τῶν ἄλλων ἀπάντων ἀνθῶν  
 καλλίστη τιμὴ σύμφωνία τροφὴν ἄλλοι τινὰ ταῖς ὀσμαῖς τελεσο-  
 ροῦσι κομιδῇ ἀφθορότατα, καὶ καταπλουτοῦσι ταῖς ἐσθλαῖς τὸν  
 ἐνδημήσαντά, ὡσπερ τιμὴ φιλοξενίας ἀρίστῳ θεσμῷ παρὰ σκηνῶν  
 θυμηδίας τινὰ τοῖς φοιτηταῖς προφερόμενοι. ἔνθα δὲ τῇ προτε-  
 ραίᾳ, ἅμα τῇ ὑστεραίᾳ τὸ στρατόπεδον προσέταπτεν ὁ στρατη-  
 γὸς ἐναυλίξασθαι. περὶ τὴν ξυλίην δὲ γέφυραν τοῦ γείτονος  
 D ποταμοῦ ἀνιχνεύειν τὸ Ἀβαρικὸν ἐξ ἑσθίνου λοχίτη γε ὄντι Μαρ-  
 τίνῳ ὁ στρατῆγος ἐγκλεύεται, ἐπισκοπεῖν τε εἶγε διεπεραιώθη 10  
 τὸν ῥοῦν τὸ πολέμιον, Κάστον δὲ κατὰ τὴν λιθίνην διάβασις  
 ἀνερευνῶσθαι τὰ τῶν πολεμίων κινήματα, πῶς τε ἔχουσι γνώμης,  
 καὶ πρὸς τὸ ἀντιπέρασ εἶγε στρατοπεδεύοιντο. ἀλλ' ἐπεὶ Μαρ-  
 τίνος ἐτεθέλωτο διαπεραιωθῆναι τὸν ῥοῦν ὅσον ὄψω τὸ πολέμιον  
 μέλλον, παλίνστροφος οἶα ἐπανῆκε, καὶ συνέβη τοῖς ἀμφὶ τὸν 15  
 Κομεντίολον στρατεύμασιν. ὁ δὲ Κάστος ὑπεκβαλὼν τὸν τε  
 ποταμὸν διεπεραιώσατο, καὶ εἰς τὸ πέραν ἀφικόμενος συγγίνεται  
 τοῖς προθέουσι τῶν ἀντιπάλων, καὶ ῥωμαλεώτερον ἀπαντῶν τῷ  
 ἀκινάκῃ διώλεσε. δράσας δὲ τὰ τοιαῦτα οὐχ οἶδός τε ἦν τὴν παρ-  
 οῦσαν ἐντροχίαν διαφυλάξασθαι σκαίου τινὸς δαίμονος ὑποθή- 20  
 P 47 καις. οὐκ ἀνέξενε γὰρ ἐπὶ τὸν Κομεντίολον, ἀλλ' ἐπὶ τὴν ξυ-  
 λίνην ἀποιχόμενος γέφυραν συμπαρασῶμαρτεῖν ἐπειρῶτο Μαρτίνῳ.  
 ἐπεὶ δὲ διητήγησε τοῦ βουλήματος, ἡλίον δσομένον ἐπαννίχιζε  
 κατὰ τὸν χῶρον. τῇ δ' ἐπιούσῃ διεννκτέρευε τὸ πολέμιον, καὶ

viatoribusque cantibus illis moerorem magnopere minuunt et abstergunt.  
 hederaque, myrtus et smilax, cum omni florum genere, concordia qua-  
 dam pulcerrima delicias quasdam incorporeas quam uberrime odorati  
 perfecte praestant; et odorum suavitatibus praesentem ditant, advenis  
 velut optima hospitalitatis lege apparatus quendam iucunditatis offeren-  
 tes. hic igitur exercitum pridie postridieque dux habere stationem ius-  
 sit, et Martino manipulario negotium dedit ut iuxta pontem ligneum vi-  
 cini fluminis Abaros a mane usque indagaret, speculareturque ecquid flu-  
 men transiissent. Casto praecepit ut terrestri via hostium vestigia mo-  
 tusque, et quid in animo haberent, et num ex adverso constitissent,  
 scrutaretur. Martinus postquam hostes iamiam fluvium transituros anim-  
 advertit, celeri pede retrogressus ad Comentiolum et exercitum rem  
 defert. Castus vero deflectens flumen transmittit, et in ripa ulteriore  
 inito cum praecurrentibus hostium certamine robustis viribus omnes ma-  
 ctat. ea re confecta felicitatem oblatam sustinere non poterat, alicuius  
 mali daemonis instinctu: nec enim ad Comentiolum regressus est, verum  
 ad pontem ligneum abiens cum Martino se coniungere conabatur. quo  
 proposito lapsus, cum sol iam occidisset, noctem eo in loco totam trans-  
 egit. hostes nocte exacta per pontem ligneum in adversam ripam trans-



διὰ τῆς ξυλίνης γεφύρας εἰς τὸ πέραν διεπορθμεύετο. οὐ γὰρ οἶόν τε ἦν ἄλλως διαπεραιοῦσθαι τὸ ῥεῖθρον· ἀγχιβαθῆς γὰρ ὁ ποταμὸς ἐπεφύκει, πελαγίζων τε τῷ ῥοθίῳ τοὺς ἐπιβαίνοντας τῆς πορείας ἀπεῖργε. συννεύοντος δὲ καὶ Κάστου ὡς τὰ οἴκοι, 5 καὶ ἀνταναγομένον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, ἀντιμέτωπον τὸ δυσμενὲς συνεκέρησε πλήθος, καὶ δυσάνητον ἦν τὸ κακὸν καὶ σοφίσματος ἄμοιρον. (12) ἀτὰρ ἰδρὼς περιέρρει τῷ Κάστῳ, ἀπο- B  
 ρία δὲ τὴν ψυχὴν κατεβάλλετο, ὠρρώδει τε καὶ ἐδεδίει, καὶ ἐς μέγα κακοῦ τὰ τῆς συμφορᾶς εἶχε τὴν πρόοδον. περισχίζεται δὲ 10 παραντίκα τὸ σύνταγμα, καὶ ἄλλος ἄλλη, ὡς εἶχε δειλίαις, ἐτιράπετο. καὶ οἷα πτώκεις τινες ἢ νεβροὶ κνηγέτου ἐπιβουλαῖς παρωθοίμενοι πρὸς τὰ τέμνη παρεκρύπτοντο, ἐγκεκορδυλημένοι τοῖς ἄλοισιν. ἄλόντες δὲ τινες τοῦ Ῥωμαϊκοῦ ὑπὸ τῶν Ἀβάρων ἀνί- V 167  
 κιστά τε ἤκλιζοντο καὶ ἄλλας ἄλλοτε στρεβλώσειν ἐπινοίας ὑπέ- C  
 15 μινον. ἤπειλετο δ' αὐτοῖς καὶ τρόπος θανάτου πικρώτατος, εἰ μὴ τὸν Κάστιον ὄψη καὶ τύχοι τραπέντα παραδηλώσωσι. τοιγαροῦν καθομολογοῦνται, δακτυλοδεικτιοῦσί τε τὸν Κάστιον οἷά πως ἐπιφύλλίδα τινὰ ἐν μέσῳ τῆς ὕλης ἀποκρηπτόμενον. καὶ οὖν ἐζωργεῖτο ὁ ταξίαρχος, καὶ λιπαρόν τι κίρμα τοῖς πολεμίοις 20 ἐγίνετο. ἀλλὰ καὶ πλείστη ἀπόμοιρα τοῦ στρατεύματος ἅμα τῷ Κάστῳ ὑπὸ τῶν δυσμενῶν συνεσφίγγετο.

Ὁ δὲ πόλεμος ἐπίδοσιν μᾶλλον ἐλάμβανε καὶ πρὸς τὸ λαβρότερον ἐξεκαίετο. ὁ γὰρ Χαγᾶνος ὡσπερ ἀπὸ τινος ἀρετήριος D  
 κακῶν ἐπαφίησι στρατιᾶν πολλήν, ὅπως τὴν Θράκην διαιτέμηται

eunt: aliter quippe non dabatur, quod iam profundius flumen et tumidum fluctibus transitum negaret. domum autem Casto respiciente, et ad castra parante reditum, a fronte hostium numerus illi occurrit, nec iam praesenti discrimini obviam ire ingenio aliquo licebat. (12) caeterum Castus sudore diffluebat, et quo se verteret nesciens animo concidebat, timebatque et pavebat: ad malum ingens spectabat calamitas. extemplo tota acies dissipatur, et alius alio, ut quemque metus hortabatur, diffugiunt; nec secus quam lepores aut hinnuli, venatorum exerciti insidiis, per silvas se occultant et nemorum saltibus delitescunt. capti quidam indignissime verberantur, et alias aliis cruciatibus tum primum excogitatis subiiciuntur, cum minis acerbissimae mortis, ni ubi Castus fugitivus deliteat enuntiarint. enuntiant, Castumque, velut racemum sub folio vitis, in media silva absconditum digito intento produnt. ducitur captivus. fitque praeda hostibus non vulgaris. plurima insuper eius agminis pars cum eo comprehenditur.

Bellum porro increscere et ad maiorem aviditatem exardescere. etenim Chaganus quasi e carceribus malorum frequentem immittebat exercitum, qui Thraciam universam ad vastitudinem redigeret. prorumpunt

πασαν. ἐνάλλεται τοίνυν ἐπὶ προνομὴν τὸ πολέμιον διὰ τῶν τῆς  
 μεσημβρίας ὁρίων, καὶ δῆτ' αὖ τοὺς φύλακας (πεντακόσιοι δ' οὖ-  
 τοι, περιφρουροῦντες τὰ ἐχυρώματα) ἠρωϊκώτερον παραταξα-  
 μένους ἀνείλον. Ἄνσιμοῖθ' δέ τις ταξίαρχος (πεζικοῦ δὲ οὗτος  
 στρατεύματος ἠγεμόνευε περὶ τὴν Θράκην ἐνδιατρίβοντος) ὄπη- 5  
 νίκα ἦσθετο τὸ Ἀβαρικὸν ἐπιφοιτῆσαν, ἠθροίκει τὴν στρατιὰν  
 καὶ πρὸς τὰ μακρὰ τεῖχη διέσωξεν. αὐτὸς δὲ ἐπὶ τὸ οὐραῖον τῆς  
 δυνάμεως ἐτήγγανεν ὦν, συνώθει τε πρὸς τὸ εἶσω τὸ στράτευμα.

P 48 τοῦτό τοι καὶ ζῶντα τοῖς βαρβάροις ἀπέδοτο. ἤλω γὰρ καὶ πρό-  
 χειρον θῆραμα τοῖς προθέουσι τῶν πολεμίων ἐγένετο· οὐ γὰρ τὰ 10  
 νῦτα διὰ φυλακῆς εἶχεν ὁ δαίλαιος. μετ' ὀλίγον δ' ὁ Χαγᾶνος  
 καὶ τὴν λοιπὴν τοῦ πλήθους ἀπόμοιραν τῇ Θράκῃ προσέχεε, διὰ  
 πλείστων τε τόπων τὴν εἰσβασιν ἐπεποίητο. σκαϊόθεν δ' οἱ ἀμφὶ  
 τὸν Κομεντιόλον ἐστρατοπεδεύοντο. διὰ τοι τοῦτο ἀποκρύπτον-  
 ται οἱ Ῥωμαῖοι πρὸς ταῖς ὕλαις τοῦ Αἴμου, τό τε πολέμιον πα- 15  
 ρίσαν εἰς πλείστας ἀνὰ τὸν Θράκην διασπείρεσθαι μοίρας. τρί-  
 τη δ' ἡμέρᾳ ὁ Κομεντιόλος τοὺς λοχαγοὺς καὶ χιλιάρχους τοὺς τε  
 ἐπιεικεστάτους τοῦ συντάγματος ἐπὶ τὸ ἑαυτοῦ συνήλιξε σκηνοπή-  
 B γιον, καὶ συνεκοινοῦντο ὅ τι καὶ μέλλοιεν δράσειν. τῇ δ' ὕστε-  
 ραία τοὺς τε ἵππους καὶ τὸ πεζικὸν συναθροίσας, ἐκκλησίαν τε 20  
 ἀγείρας παρεγγυᾷ τῷ συλλόγῳ μὴ τὰ νῦτα τοῖς βαρβάροις παρέ-  
 χεσθαι, δευτέρᾳ τε πάντα τῆς ἀρετῆς διατίθεσθαι. (13) τον-  
 θορῶζων δέ τις τῶν χιλιάρχων ἐς μέσον ἔστη, ἀπερικάλυπτως τε  
 τοῦ στρατηγοῦ τὰς ὑποθήκας διέχεεν, εἰς τοῦπίσω δ' ἀναρρεῖν

### 15. τότε πολέμιον παρήσαν IP.

igitur ad direptiones versus meridiem, quingentosque praesidiarios, a  
 quibus munitiones defendebantur, animose viriliterque contra dimicantes  
 vita exuunt. Ansimuthus centurio, peditatus in Thracia praefectus, ut  
 Abarum irruptionem sensit, collectas in unum copias ad longos muros in-  
 columes perduxit, cum in extremo ipse sequeretur suosque propelleret;  
 quae res illum barbaris vivum tradidit, captus enim obviam praeda fuit  
 hostibus ante ambulantes: neque enim tergo miser tutelam gerebat.  
 non multo post Chaganus etiam quod sibi restabat militum, in Thraciam  
 effudit, locaque plurima incursavit. quos Comentioles ducebat, eorum  
 erat infelix militia. quare per Aemi silvas sese condentes sinebant hos-  
 tes per regiones Thraciae plurimas dispertiri. tertio die Comentiolus  
 centuriones chiliarchas et optimates in tentorium suum convocat, deque  
 re publica ad eos refert. die sequenti equitatu peditatuque congregatis,  
 ne hostibus terga dare velint et ut omnia infra virtutem aestiment, con-  
 cionem hortatur. (13) tum quidam de chiliarchis sive tribunis submur-  
 murans in medium surgit, et aperte ac sine dissimulatione ducis consi-

ἔφασκε συνοίσειν αὐτῇ τε τῇ στρατιῇ καὶ τῷ στρατηγῷ, τοῖσδε τοῖς λόγοις χρησάμενος.

“Ἄνδρες τεχνῖται τὸν πόλεμον, τολμηταὶ τὰς ψυχάς, C  
 ἀλλ’ ὅτε καιρὸς συμμαχεῖ καὶ τύχη τίς ἐστι τοῖς ἡμετέροις ἐπίρ-  
 5 ροθος. ἄνδρες, παρ’ οἷς κοινὸς μὲν ὁ κίνδυνος, ἡ δὲ σωτηρία  
 ἀπάντων ἀμέριστος. ὅπόσον ἡ δειλία κακίζεται, ἐπὶ τοσοῦτον  
 ἔχει ψόγον τὸ θράσος ἀντίθετον. ὄκνος δὲ φρονήσεως ὄρος ἀκρό-  
 τatos, ὅταν οὐκ αἰσχύνῃ τὴν εὐβουλίαν, ἀλλ’ εὐσχημοσύνην  
 τὴν σωφροσύνην ποιήσῃται. ἀλλὰ πρὶν τι τῶν ἐμῶν ῥημάτων  
 10 ἐκ τῆς ἑαυτῶν μητρὸς τῆς καρδίας προκύνῃαι καὶ τοῖς ὡσὶ τοῖς  
 ἡμετέροις μαιεύσῃσθε, τοῦ στρατηγοῦ τὴν ἀξιοπιστίαν μικρὸν  
 ἀποπέμψασθε, μὴ πως τῶν βουλευτῶν τὴν ἀκοὴν διαβύσῃτε,  
 καὶ προφθάσῃ ὡσπερ θύρα τινὶ κεκλεισμένη τῇ ἐγκοπῇ τὸν φθει- D  
 γόμενον, καὶ τοὺς ἡμετέρους πρὶν εἰσοικίσῃσθε ἀποβάλλῃσθε λό-  
 15 γους. ἀξιοπιστία γὰρ αἰτοδυνατόν τι χρῆμα, καὶ τὴν ἰσχὺν οὐκ V 168  
 ἐπίκτητον ἔχει, ἀλλ’ οἷα πηδάλιον τὸ βούλημα κέκτηται, ὅποι  
 καὶ θέλει τοὺς ἀκούοντας οἰακίζουσα. ἀντιτείνειν, ἄνδρες, ὁ  
 στρατηγὸς τῷ πολεμῷ παρεγγυῖ, καὶ ἀντιπρόωρος πλεῖν τοὺς  
 ὀλίγους τοῖς πλείοσιν ἐγκελεύεται, καὶ ταῦτα καὶ Κᾶστου διολω-  
 20 λότος. ἡμεῖς δὲ μοι καὶ μάρτυρες ὡς μὴ πάντες ἀγαθοὶ παρα-  
 τάττεσθαι, εἰ μὴ γε λυπῶ μικρὸν τι, διαγμνύσας ἡμῖν τὴν P 49  
 ἀλήθειαν. παρ’ ἐμοὶ γὰρ ἐπίπλαστος ἔπαινος ἀληθοῦς ἀτιμώ-  
 τερος ψόγον, ἐπεὶ μηδὲ δουλεύει τοῖς ἐγκωμίοις τὰ πράγματα.

hium improbat, ac retro abire tum in exercitus tum in eius rem fore huiusmodi oratione demonstrare contendit.

“Viri militiae gnari et fidentes animi (sed cum tempus adiuvat et fortuna res nostras propius aspicit), viri, apud quos omnium commune periculum, omnium communis et indiscreta salus. quantum timiditas reprehenditur, tantum vicissim audacia eius adversaria vituperatur. cunctatio prudentiae fastigium est, quando non dedecus pro bono faustoque consilio, sed decus pro sana intelligentia amplexata fuerit. verumenimvero priusquam verborum meorum quippiam e corde, ipsorum fonte ac parente, se expromat, et illi aures vestrae obstetricentur, dignam fide ducis auctoritatem paulisper seponite, ne forte vobis suadere cupientium voces praetereatis, iisque interceptis ianua praecludatur, et orationem nostram prius eiiciatis quam domum vestram intromiseritis. hoc enim efficere potest, cui propter dignitatem plurimum et facillime creditur; cui non aliunde acquisita vis inest, sed voluntatem pro temone possidens audientes quo lubet dirigat. in hostem ire dux hortatur, et obversa prora paucis adversum multos navigandum censet, idque cum et Castus perierit. iam et vos mihi testes estis, non omnes nostrum (liceat bona cum venia veritatem nudam proloqui) praeflictio idoneos videri. apud me quidem ficta et commentitia laus vera et iusta vituperatione despicibilior

ἢ οὐχὶ τὸν χάρικα ὁ στρατηγὸς ἔναγχος τοῖς ἀπομάχοις περι-  
 φρουρεῖν διετάξατο; ἄνδρες δ' οὗτοι τετρακισχίλιοι, ὡς μικροῦ  
 δεῖν τὸ λείπον τοῖς συμπλεκόμενοις ἰσάζεσθαι καὶ τοῖς ἀγωνισταῖς  
 τὸ ἀπόμαχον, τό τε ὑγιὲς ἐφάμιλλον εἶναι τῷ σκάζοντι. σιωπή-  
 σομαι δὲ καὶ ὅσην τῆς ψυχῆς ἐρωστίαν διώλεσε τὰ πρὸ μικροῦ 5  
 δυστυχήματα, ὅπως τε πλείστην ἐπίκουρον ῥοπήν ἀπέκριε τὸ  
 B πολέμιον. καὶ εἰ μὴ σφάλλομαι, μείζονα τῆς πρὸ μικροῦ συμ-  
 βάσεως εὐκλείας τὰ τῆς ἵππογυίου συμφορᾶς ἀποτεύγματα. ἀνείλε  
 Κάστος τῶν βαρβάρων πολλούς, καὶ τὴν λείαν ὡς αὐτὸν ἀνε-  
 λάμβανεν· ἀλλ' ἀνθεῖλε ταύτην τῇ ὑστεραία ὁ βάρβαρος. νῦν 10  
 δὲ δυσφημώτατον ἐπιμύθιον λέξω· κἀκεῖνον συνέλαβε, τοὺς τε  
 στρατιώτας ἐζώγησε, καὶ θρίαμβον ἔνδοξον ἀνεδήσατο, καὶ  
 λαθεῖν ἐν ἄλσει κρυπτόμενον τὸν Κάστον οὐκ ἦν. καίτοι τὸν  
 Χαγῶνον λιμαζομένη νῆσος ἐκάλυπτε, καὶ οὐκ ἐξεῖπε Μαρτίνῳ  
 τὸν ἐμφωλεύοντα, ἀλλ' οἷα μυστήριόν τι ἀπόρητον τοὺς ἀμνή- 15  
 C τούς ἀπέκρυπτεν. ἤδη δὲ πως καὶ βασιλεῖα τὰ μικρὰ ἐκείνα ψυ-  
 χαγωγούσιν ἀνδραγαθήματα, κοῦκ ἂν ἐπίθετον ἡμῖν σύμμαχον  
 προσχέη βοήθειαν, μήπω τῶν νεωτέρων ἀτυχημάτων αἰσθόμε-  
 νος. οἶδα δ' ὅτι καὶ τὸ πολέμιον προμηθέστερον ἀπεργάσσονται  
 οἱ ἔναγχος αὐτὸ περιστροφῆσαντες θόρουβοι, καὶ πολλὴν λοιπὸν 20  
 τὴν προφυλακτικὴν ἀσυλίαν ἀσκήσειε διὰ τὸ μικρὸν ἐκεῖνο δυστύ-  
 χημα. ἀποχρώντως ὑπὲρ τοῦ συνοίσοντος, ἄνδρες, διείλεγμαι.

habetur, quandoquidem res ipsae encomiis non ancillantur. quid? an non paulo ante ad pugnam inutilibus castrorum custodiam dux mandavit? atque istorum numerantur quatuor millia, ut non multum absit quin quod relinquitur bellatoribus numero exaequetur, et imbellis turba pugilibus et claudicantes recte incendentes. tacebo quantum nuper accepta clades de animorum robore firmitateque detraxerit, et quomodo hostes auxilii momentum maximum nobis praeciderint. ac nisi me fallit, non tantam paucos ante dies adepti sumus gloriam quantum nunc ex infelici successu calamitatem. leto dedit Castus barbarorum multitudinem, quamque ipse praedam tulit, postredie barbarus retulit. atque ut pessimi ominis epimythion tanquam fabulae adiciam, et illum insuper et milites vivos comprehendit, et triumpho glorioso decoratus est. Casto in saltu delitescere non licuit, cum tamen Chaganum posita in stagno insula texerit nec absconditum Martino prodiderit, sed perinde atque mysterium quoddam non efferendum profanos celaverit. imperatorem nunc egregia illa nostra, sed parva tamen facinora delectant; qui cum recentiora infortunia nostra non dum cognoverit, auxilia nulla mittet. arbitror autem ipsos quoque hostes e tumultu proximo cautiores futuros, ac propter exiguum illud quod pertulere incommodum, daturus operam diligenter ut in posterum securitati suae melius prospiciant. de eo quod conduceret,

ἐμοὶ δὲ τύχη διασφαλῆναι δοίη τῆς δόξης, αὐτὴ τὴν παρ' ἐαν-  
τῆς ἐπικουρίαν ἡμῖν ἀντιξάγουσα.”

“Ὅτε τοίνυν ὁ χιλιάρχος τοῖς ἀγενεῖς τούτους ἐξηρεύξατο  
λόγους τοῖς τε ῥήμασιν ἐξεδειμιάτου τὸν σῆλλογον, ἀτρεμοῦντός **D**  
5 τε τοῦ πλήθους καὶ τεθρηπότης τοῖς φοβεροῖς διηγήμασιν, ἀνὴρ  
τις πρεσβύτης ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἀπέθορε μετὰ βοῆς τῷ χιλιάρχῳ  
μεμφόμενος, ἔχρει τε τὴν ἐκκλησίαν ἐς λόγους ἀντιλογίας γενέ-  
σθαι. ἐπεὶ δὲ τὸ πλήθος ἐπένευε καὶ ταῖς χερσὶ προαγορεύειν  
ἐκέλευσε, φωνῇ γηραλέα ποτνωόμενος πρεσβυτικῶς τε δακρυῶ  
10 τοῖς ῥήμασι τὴν αἰδῶ προτρεπόμενος ᾧδὲ πως τῶν λόγων  
ἀπήρξατο.

14. “Ἄνδρες Ῥωμαῖοι, ἀλλ' εἰ μὴ τοῖς ἔργοις ψεῖση- **P 50**  
σθε τὰ ὀνόματα· ἄνδρες, ἀλλ' εἰ μετὰ τοῦ σώματος ἄρρενας  
σχοίητε τὰς ψυχάς. εἰ καὶ τοῖς λόγοις κομπάζειν μεγάλα οἶδε  
15 καὶ περικυκᾶν ὁ χιλιάρχος, ὅμως ἐνδρανέστερα τῶν ῥημάτων τὰ  
πράγματα, καὶ ψόφων οὐκ ἀνεχόμενα. οὐ γὰρ καθάπερ παῖδας  
ἡμᾶς μορμολύττεται τοῖς σοφίσμασιν. ἐγὼ δὲ πρῶτον ἠδέως  
ἐροίμην ἐκεῖνον· πρὸς τῆς ἀληθείας, τίσι ταῦτα δημηγορεῖς, ὦ  
χιλίαρχε; ἀγροίκους ἢ ἐβουκόλησας ταῦτα φθειγγόμενος, παρ'  
20 οἷς ἀντὶ μὲν ξίφους τὸ πτερόν, διφθέρα δὲ θώραξ, ἀντὶ δὲ ἵππου  
γαύρου τε καὶ ὑψαίχενος ἀροτῆρις βόες, ἰδιῶται τοῖς ἔργοις καὶ **B**  
θεράποντες γεωργῶν. τί τὴν ἐκκλησίαν γυναικωνίτιν ὑπέβληφας, **V 169**  
καὶ μετὰ τοῦ γένους τὴν φύσιν ἐνύβρισας; ἀδικεῖς τοῖς λόγοις τὰ

satis a me dictum est. utinam fortuna hoc mihi largiatur, ut opinione  
aberrem ipsaque per se opem nobis afferat.”

Postquam chiliarchus sermonem hunc nequaquam liberalem et ingen-  
num effutivit, ac verbis suis conventum exterruit, et omnis concio ad  
horribilem commemorationem immota et attonita consistit, senex quidam  
e medio prodiens clarissima voce chiliarchum increpat, et refutationi suae  
audiendae cogi conventum petit. ubi miles annuit sublatisque dextris  
disserere iussit, senili voce fidem omnium implorans senilibusque lacrimis  
ab se dicendis reverentiam concilians sic demum fari occupit.

14. “Viri Romani, si non factis nomen istuc mentiamini; viri, si  
cum corporibus etiam viriles geritis animos. tametsi chiliarchus verbis  
crepare grandia et permiscere omnia didicit, nihilominus ipsae res ver-  
bis efficaciores tantos crepitus non admittunt. non enim nos sophisma-  
tis suis tanquam pueros larvis territat. equidem primum libenter inter-  
rogare illum: per veritatem obsecro te, chiliarche, quibus haec con-  
cionaris? agrestibus ista demulcendis et oblectandis diceres, apud quos  
est pro gladio ventilabrum, pro thorace ferreo tunica pellicea, pro equo  
feroci et sublimi cervice boves aratores, dicati operi rustico agricola-  
rumque famuli. cur tandem hunc coetum esse gynaeceum putavisti, et  
cum genere naturam ipsam contumeliose laesisti? verbis tuis res dede-

πράγματι, καταναισχυντῶν τῆς βουλῆς. οὐκ ἐν ἀρρένων ὄψε-  
 σιν ἐκχεῖν ἀσχήμονας λόγους ἐδόκησας; ἢ οὐκ ἐκκλησίαν ὄρεῖς καὶ  
 δῆμον Ῥωμαϊκὸν ἀρχοῦντα τῇ προθυμίᾳ καὶ σφοδρῶντα τοῖς  
 ὅπλοις, καὶ πείρα κινδύνων καὶ προμηθεῖα τοῦ συνοίσοντος ἐπι-  
 στήμονα; τί σοι μικρὰ συμφορὰ μεγάλων ἀνδραγαθημάτων ἐπι- 5  
 δοσιν περιέτεμε; καταισχυνέτω σε τὸ πολέμιον μὴ τεθῆνός ἐπι  
 C τοῖς ἀτυχήμασιν. ὁ πρὸ μικροῦ λιμναῖος ὡσπερ γενόμενος καὶ  
 πρὸς τῇ νήσῳ φυγὼν καὶ τὴν τῶν ὑδάτων πίστιν σωτηρίαν ἄπισ-  
 στον ἀνελόμενος νῦν ἀνδρικῶς παρατάττεται, καὶ παραθυροῦ-  
 νει τοὺς τραυματίας, καὶ πείθει τοῖς ἔλκεσι μελίζοντας ὑπὸ τῶν 10  
 ἐχθρῶν βολὰς ὑποδέχεται ὡσπερ τινὰ φάρμακα μεγίστων ἀλγη-  
 δόνων θελκτήρια. τῶν γὰρ ἐμπροσθέν ἐστιν ἐπιλήσιμων κακῶν.  
 ἀπορεῖν γὰρ εὐπραγίας ἀνάγκη τὸν μὴ μεταβάλλεσθαι τὰς δυσχε-  
 ρείας ἐλπίσαντα. πόθεν Ῥωμαῖοι ἐς μέγα προῆλθον δυνάμειος  
 D καὶ μικρὰν πολιαρχίαν ἐς τοσοῦτον κράτος παρέτειναν; ἐγὼ μὲν 15  
 οἶμαι τῷ μεγαλόφρονος εἶναι καὶ ζέοντος ἔχειν τοὺς ἔρωτας, καὶ  
 τῷ τολμητῆς πεφυκέναι καὶ φιλοκινδυνευτῆς, καὶ τῷ δοκοῦντις  
 τεθνάναι τὸ μὴ τεθνάναι δι' εὐκλείαν. εἰ γὰρ παραπλήσιοι ἦσαν  
 τῇ τοῦ χιλιάρχου ψυχῇ, οὐ τῆς Εὐρώπης ἐκράτησαν ἄν, οὐ τὴν  
 Αἰθιόπην εἶχον ὑπήκοον, οὐκ ἀργυρολόγους ἐπὶ τὴν Ἀσίαν ἐξέπιμ- 20  
 P 51 πον, οὐ τὸν Νεῖλον ὑπηρετήν ἐκέκτηντο, τὸν Αἰγύπτιον πλοῦ-  
 τον ὄρα θέρους ταῖς Ῥωμαϊκαῖς πελαγίζοντα πόλεσι, καὶ ταῖς

coras, dum te adversus concilium tam impudenter geris. non tu vide-  
 bas te coram viris ista tam foeda et indigna dictu profundere? an non  
 aspicias conventum populumque Romanum, qui et alacritatem animi glo-  
 riae sibi ducit, et armis viget ac floret, et discriminum variorum expe-  
 rientia futuriq̄ praevisioe quid expediat non ignorat? quid est quod  
 tibi calamitas non ita magna magnorum facinorum accessionem praeci-  
 dit? vel hostes te pudefaciant, quos adversus casus minime fregit.  
 qui paulo ante lacustris quodammodo factus est, dum ad insulam profu-  
 git, aquarumque fidem ad salutem infidam elegit, nunc viriiliter se ad-  
 versum nos instruit et saucios impellit, persuadetque uti plagis his ma-  
 iores tanquam medicamenta dolorum maximorum delinitiva ab hostibus  
 excipiant. praeteritorum quippe malorum oblivio illum cepit. et necesse  
 est careat rebus secundis, qui asperas commutari posse desperat. cedo,  
 unde Romani tantam sibi potentiam compararunt, paucarumque urbium  
 principatum in tantam imperii amplitudinem propagarunt? ex eo, meo  
 quidem iudicio, quod magnos et rerum magnarum studio incitatos ac  
 ferventes et ad audendum atque ad pericula subeunda paratos gererent  
 animos; et non mori pro gloria mortem interpretarentur. qui si sensum  
 chiliarchi similem habuissent, nunquam Europam occupassent, nunquam  
 Africae iura dedissent, nunquam coactores in Asiam misissent, nunquam  
 Nilum, Aegyptiorum divitias, pro ministro possedissent, qui aestivo  
 tempore urbibus Romanis pro pelago est, et onerariarum quas recipit

δλκάσιν ὥσπερ ἀποχερσοῦντα τὴν θάλασσαν. οἶον δέ σου καὶ  
 τὸ θαυμαστὸν τῶν λόγων ἐφόλκιον; οὐκ ἔσται, φησὶν, ἡμῖν  
 ἐπίθετος δύναμις. τίς σοι τοὺς τῆς μαντικῆς ταύτης ἐπίστευσα  
 γνώμονας; ἢ ὥσπερ ἐκ Πυθίας τινὸς τῆς ἀνανδρίας ἀνείλου το  
 5 μάντευμα; ἔχει καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ὁ ὄκνος ἐγκώμιον·  
 μάντις ἐστὶν αὐτοδίδακτος καὶ στοχαστῆς ἐτοιμότητος, αἱ τοῖς  
 πράγμασι τὴν ἀναβολὴν ἀποσχεδιάζων αὐτόματον. ἐγὼ δὲ τε-  
 θαίμακα εἰ πρὸς τοῖς μακροῖς οἱ βάρβαροι διαθέουσι τείχεσι καὶ  
 βασιλεὺς οὐκ ἐργήγορε, τηλικούτων ἀνὰ τὸ ἄστυ κνμαιόντων **B**  
 10 θορύβων. μία τις, ἄνδρες, ἀκαταγώνιστος σύμμαχος ἢ πάν-  
 των ὑψηλοτέρα μεγαλοφυχία καθέστηκε, τὰ μὲν τοῖς ἄλλοις ἀδύ-  
 νατα δυνατὰ καθιστῶσα, τὰ δὲ τῷ πλήθει φοβερὰ θαρσαλιώ-  
 τερον ὑπομένουσα. ἐνθους τοίνυν ἄπας ἐς μάχην χωροῖη τὸ τή-  
 μερον, καὶ μέγαν τοῖς ἔργοις εὐδοξίαν χαρακτηῖρα προσβάλωμεν·  
 15 οὐ γὰρ τοῖς ὀνόμασιν ὑβρίσω τὰ πράγματα, καὶ τὴν ἀνδρείαν  
 θύρσος ἀποκαλέσομαι ἢ τὴν ἀριστείαν προπέτειαν. ταῦτα μὲν  
 ὁ πρεσβύτης ἐγὼ καὶ φιλοκίνδυνος. εἰ δὲ τῷ καὶ ἄλλῳ δοκεῖ, **C**  
 ταῦτα κρινέτω. εἰ δὲ μή, ἄλλ' ἔμοιγε περιθάλπειν ἐάτω· οὐ  
 γὰρ τὸ καλὸν τῆς ὁμοίας παρὰ πάντων εὐνοίας τετύχηκεν, οὔτε  
 20 τὰ δεξιὰ τοῖς πᾶσι σπονδάσαι δοκεῖ. ἢ γὰρ ἀρετὴ ὑψηλὸν τι  
 χρῆμα καὶ δύσαντες καὶ τοῖς πολλοῖς οὐ μετόν, ἢ διὰ κακίας  
 ἰσχὺν ἢ ἀνορέξιαν τοῦ κρείττονος.”

multitudine ipsum mare quodammodo incultum ac desertum reddit. qualis  
 autem quamque mirabilis est orationis tuae epilogus? non suppeditabit  
 nobis auxiliaria manus, inquit. cuius tandem in ludo vaticinandi artem  
 didicisti? an vero ut aliqua Pythia de nostra segnitie oraculum edidi-  
 sti? habet et hanc laudem praeter caeteras ignavia: vates est per se  
 docta et coniectrix promptissima, semper negotiis moras ex tempore et  
 ultro iniiciens. miror autem si barbari ad longos muros concurrerunt,  
 et imperator tantis turbis civitatem instar fluctuum inundantibus non vi-  
 gilavit. unum, mihi credite, idque inexpugnabile subsidium est, excel-  
 lentis animi magnitudo, quae sola facit ut effici possint quae aliis fieri  
 non posse videntur, et quae vulgus horret, ea fidenter subit. quocirca  
 unusquisque ut divino numine concitatus ad praelium hodie procedamus,  
 factisque nostris illustrem gloriae notam imprimamus. nolo enim ego no-  
 minibus res ipsas deturpare, et fortitudinem audaciam aut strenuitatem  
 temeritatem appellare. haec ego senex periculorumque suscipiendorum  
 cupidus. si cuiquam praeterea placet, haec approbet: sin autem, mihi  
 ea placere sinat. neque enim quod rectum et honestum est, id pari fa-  
 vore et gratia omnes amplectuntur; neque in dextris et laudabilibus ela-  
 borandum omnes arbitrantur, virtus siquidem arduum quiddam ac subli-  
 me est, quo vulgus, sive quia in improbitate obduruit sive quia prae-  
 stantiorum rerum desiderio nullo commoveri solet, non aspirat.”

D  
V 170

15. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ὁ γέρον τῇ ἐκκλησίᾳ ἐνήχει τὰ ῥήματα, ἔξωπύρει τὸ πλῆθος καὶ παρώτρυνε πρὸς παράταξιν, τῶν μὲν βελτίστων ἀκαθέκτους τὰς ἐφίσεις ποιούμενος, τῶν δὲ νεωθροτέρων οἷα μάστιγι τῷ λόγῳ τινὶ διάνυττων πως καὶ μεταπλάττων τὸ ἄναδρον. βοή δὲ πολλή ἐκ τῆς βουλῆς ἐκεκίνητο, 5 καὶ ταῖς εὐφημίαις κατεκελάδουν τὸ θάειτρον, ἀγόμενοι τῆς μεγαλονοίας τὸν στρατιώτην τὸν γέροντα. παραχρῆμα δ' ἀδελφὰ τῆς ἑαυτῶν γνώμης συμφρονήσαντες ἅπαντες, τὴν βουλήν δια-  
P 52 λύσαντες ἐς πανοπλίαν ἐτρέποντο. κατῆραν τοίνυν τοῦ Αἴμου ἐπὶ Καλβομοῦντιν καὶ Λιβιδουργὸν πολεμῆσιόντες, καὶ τὸν 10 Χαγᾶνον εἰσορῶσιν οὐ πόρῳ που διατρίβοντα, ἀλλ' ὡς ἀπὸ σημείων τετάρων ἀπεριμερίμῳως τὰς σκηνὰς συμπηξάμενον, ἅτε δὴ τῆς ἐκείνου πληθύος ἀνὰ πᾶσαν ἐκχεθείσης τὴν Θράκην. διακοσμήσας γοῦν ὁ Κομεντιολὸς τὸ στράτευμα καὶ ἐς τάξιν μίαν συντάξας βαδίζειν εἶα· καὶ πρὸς τὴν Ἀστικὴν χωρεῖν δια- 15 τάττεται, τὴν τε νύκτα διὰ φυλακῆς ἔχειν, προσπίπτειν τε τῇ ὑστερατῇ τῷ Χαγᾶνῳ καίλαπος δίκην, καὶ μέγιστον φόνον διὰ τῆς ὀμιλίας παρέχεσθαι. ἀλλ' ἔδοξε τύχη τινὶ παραχαράττειν  
B τῆς στρατηγίας τοὺς γνώμονας· κηφῆνος γὰρ δίκην τοὺς τῆς εὐβουλίας σίμβλους ἠφάνισε, καὶ οἷα μελίττης τινὸς τοῦ στρα- 20 τηγοῦ τοὺς πόρους λήϊζεται. τοῦ γὰρ ἡλίου τὰ νῶτα τῇ σκυθροπῇ νυκτὶ παραδείξαντος, καὶ τῆς περικαλλοῦς καὶ φωσφόρου λαμπάδος τὸ φαιδρὸν περιστειλαμένης καὶ παραχωρούσης

15. Cum in concione senex ista dissereret, ardorem in pectoribus militum velut ignem sopitum suscitavit, et ad pugnam capessendam eos exacuit, et fortissimo cuique concurrendi cupiditatem omnis freni impatientem ingeneravit, ignaviorum vero effeminatam mollitiem ceu flagello quodam cruentavit et in virilitatem convertit; multusque in concilio sublatus est clamor, et militem annis gravem de animo tam excelso admirantium atque collaudantium vocibus totum theatrum perstrepebat. nec mora, universi in eandem voluntatem consentientes arma expediunt. itaque ex Aemo monte in Calbomuntim et Libidurgum (vicorum fortasse nomina sunt) praelio decertaturi descendunt, Chaganumque non procul inde, ad quartum circiter lapidem, tentoria absque metu habentem, utpote per totam Thraciam eius exercitu dispertito, prospiciunt. Comentiolus suos instruens et in unam aciem componens ita procedere sinit, et ad Asticem (regio est Thraciae) pergere iubet: noctu excubias agere, die sequenti turbinis instar in Chaganum irruere concursuque plurimum sanguinis facere. at enim fortunae cuiquam sinistrae visum est adulterare huius expeditionis gnomonem sive indicem: nam instar fuci alveare boni consilii vastavit, laboresque ducis ut apes alicuius depasta est. etenim ut sol moestae nocti tergum ostendit, pulcerrimaeque et luciferae lampadis splendor contactus nocturnae potentiae concessit, iumentum nescio



κράτει νυκτερινῶ, ἔν τι τῶν ὑποζυγίων τὸν ἐπικείμενον παρα-  
 πέριψε φόρτον. συνέτυχε δὲ τὸν κεκτημένον εἰς τὸ πρόσω βα-  
 δίξειν. οἱ δὲ παρεπόμενοι καὶ ὀρῶντες τὸ νωτοφόρον ζῶον τὰ  
 ἐπικείμενά πως αὐτῶ ἐπισυρόμενον ἀκοσμότερον εἰς τοῦπίσω τρα-  
 5 πέσθαι τὸν δέσπότην ἐκέλευον, τὸ τε σκευοφόρον ζῶον ἐπανορ-  
 θοῦσθαι τοῦ πλημμελήματος. τοῦτό τοι τῆς ἀταξίας γέγονεν C  
 αἴτιον καὶ τὴν εἰς τοῦπίσω παλίρροϊαν αὐτοματίζεται· παρηχεῖ-  
 ται γὰρ τοῖς πολλοῖς ἡ φωνή, καὶ παράσημον ἦν τὸ λεγόμενον,  
 καὶ φυγὴν ἐδόκει δηλοῦν ὡς οἶα τῶν πολεμίων ἐπιφανέντων  
 10 ἄθρόον αὐτοῖς καὶ παρακλεψάντων τὴν δόκησιν. μεγίστου δὲ  
 συμπεσόντος τῷ στρατεύματι θρούλλου, θροῦς παρ' αὐτῶν πο-  
 λὺς ἐπανίσταται, παλινοστεῖν τε ἐβόα πᾶς γεγωνῶς διαπρύσιον,  
 ἐπιχωρῶ τε γλώττη εἰς τοῦπίσω τραπέσθαι ἄλλος ἄλλῳ προσέ-  
 ταττε, “ῥετόρνα” μετὰ μεγίστου ταράχου φθεγγόμενοι, οἶα  
 15 νυκτομαχίας τινὸς ἐνδημούσης ἀδοκῆτως αὐτοῖς. διασπᾶται  
 γοῦν ἅπαν τὸ σύνταγμα ὥσπερ ἀρμονίας τινὸς τῶν ἐν τῇ λύρᾳ D  
 νευρῶν. ἐντεῦθεν ὁ Χαγᾶνος τὸν δεύτερον τοῦτον καὶ μέγιστον  
 διεδίδρασκε κίνδυνον, καὶ ἧ ποδῶν εἶχε, καταλελοίπει τὰς συνή-  
 θεις διατριβὰς καὶ πρὸς ἕτερον μετωκίζετο χῶρον, σωτηρίαν  
 20 τῆς προτέρας παραδοξοτέραν ἠντύχησε. παραπλήσια δὲ καὶ  
 τὸ Ῥωμαϊκὸν ἔδρα, καὶ ἀμοιβαία τις ἦν ἡ φυγή, καὶ φόβος τις  
 κίβδηλος τὸ Ῥωμαϊκὸν περιστρέφει στρατόπεδον, καὶ νόθος  
 αὐτοὺς ἐξετάραττε κίνδυνος. ὅμως ἀναιροῦνται τῶν Ἀβάρων οἱ  
 πλείους συμπλοκῆς ἀδοκῆτου συννεχθείσης ἀμφοῖν τοῖς στρα-

quod imposita impedimenta excussit. forte dominus bestiae praecedebat, quem qui sequebantur et animal onus indecore trahere videbant, ut reverteretur peccatumque corrigeret, acclamantes hortabantur. id quod confusionem ac tumultum creavit, et ut miles retro diffugeret per se effecit, voces siquidem multitudo percipiebat, et quod dicebatur signum aliquod erat fugamque indicere videbatur, ac si hostes repente et opinione citius iam adessent. inde tumultus ac strepitus non mediocris exercitum pervadere, et nemo non voce altissima, ut procul etiam audiretur, revocandum esse gradum clamitare; et alius alium patria voce ad reditum impellere, *retorna retorna* tumultuosissime vociferando, ac si de improviso nocturna pugna illis ingruisset. totum igitur agmen in diversa distrahitur ac dirimitur, non secus quam in lyra harmonia concentusque fidium. hinc Chaganus alterum hoc et gravissimum discrimen quam potuit celerrime fugiens, vias tritas relinquebat, et aliam in regionem se transferens salutem mirabilius quam ante feliciter adeptus est. similiter et Romani se in pedes dabant, eratque videre fugam mutuum. ac Romanos quidem falsus timor percellerat periculumque minime verum terribat; cumque de eorum agmine quidam sese convertissent et in hostem

τεύμασιν· ἀντιστραφέντων γάρ τινων τῆς Ῥωμιαϊκῆς συμμορίας, εὐσθενέστατα τοῖς πολεμίοις προσέμιξαν.

Ἐπεὶ δὲ τῶν δισσῶν τούτων θορύβων ὁ Χαγᾶνος ἀνέπνευσε, τὴν ἐκ τῶν ἐφόδων σπιλάδα διακρουσάμενος, τὸ βαρ-  
 P 53 βαρικὸν συναθροίσας, ταῖς Ῥωμιαῖκαῖς προσέβαλλε πόλεσι, τό 5  
 V 171 τε φρούριον τὴν Ἀππέρειαν χειρώσατο. οὐ περιττὸν δέ μοι δοκεῖ καὶ τὸ ὅπως διεξελθεῖν καὶ μικρὸν τινα λόγον ὡσπερ ἐμβόλι-  
 B μων τῆ συνεχεῖα χαρίζεσθαι. (16) στρατιώτης τις ἦν, Βου-  
 σᾶς ὄνομα αὐτῷ, ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐς παράταξιν καὶ τῶν ἐνηθληκό-  
 ταν ἄλλων ἀριστείων διὰ ψυχῆς ἀρετὴν ἐνδοξότερος, τούτων τε 10  
 προκινδυνεύων αἰεὶ, ὅποτε που καὶ σάλπιγγος ἐνυάλιον φωνούσης ἤσθάνετο. οὗτος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ παρῴκει τὸ φρούριον.  
 τοιγαροῦν ἔδοξε τῇ Βουσαῖ ἰππάζεσθαι ἐς τοὺς πέλαι τοῦ φρου-  
 ρίου λειμῶνας, εἶτα καὶ πορρωτέρω που παρεκτείνεσθαι ἅτε δὴ  
 κνηγετήσων πως εὐδοκιμώτερον. οὐκοῦν τὸν Βουσαῖν οἱ βάρ- 15  
 βαροι συλλαμβάνουσι, καὶ γέγονεν ὁ κνηγέτης εἰς θήρατρον.  
 C Ἐπεὶ δὲ κατέσχον, ἠπέλουν αὐτοῦ καθικέσθαι τῷ δόρατι. ὁ δ'  
 ἐζήτει μὴ τοῦτο ποιεῖν, λύτροις δὲ μᾶλλον τὸ ζῆν ἐμπορεύεσθαι·  
 μὴ γὰρ ὀνήσειν τοὺς βαρβάρους τὸ τεθνᾶναι τὸν Βουσαῖν καὶ  
 δώρων ὑπερφρονῆσαι λαμπρῶν. εἰσποιήσαντο τοίνυν οἱ βάρ- 20  
 βαροι τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ τὴν ἐμπορίαν οὐκ ἀπηνήναντο. καὶ  
 οὖν ἄγουσι τὸν ἐάλωκότα ἐπὶ τὸ φρούριον, ἐπεκηρυκεύοντό τε  
 τοὺς ἐν τῷ ὄχρωμάτι πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀποσφάττειν τὸν Βου-  
 σαῖν, εἰ μὴ δώροις αὐτὸν καὶ φιλοφροσύνῃ τιμῆσαιτο. ἦντι-

validissime intulissent, inexpectato illo congressu complures Abarum op-  
 petierunt.

Ubi ex duplici hoc tumultu Chaganus respiravit, quo maculam ex  
 hostium in se profectioe contractam deleret, collecta barbarorum copia  
 urbes Romanas invasit castellumque Apperiam subegit. quo id modo  
 factum sit, haud intempestivum erit exponere, et brevem quandam ser-  
 monem historiae perpetuitati velut intercalarium inserere. (16) miles  
 erat, cui nomen Busae, homo ad dimicandum aptus aliorumque vel for-  
 tissimorum bellatorum facile praestantissimus, quiq; primus semper cap-  
 put periculo obiectaret, quoties Martium tubae clangorem audiret, is  
 per id tempus in eo oppidulo habitabat. cui placuit campos vicinos  
 obequitare, et aliquanto ultra insignioris venatus ergo provehi. hunc  
 barbari excipiunt, et venator praeda fit, eumque se hasta confossuros  
 minitantur. obtestatur eos Busa ne id faciant: quin potius accepto libe-  
 rationis pretio, vitam sibi condonent: nec enim illis quaestui futurum,  
 si splendida dona despicientes miserum morte affecerint. barbari prom-  
 issum admittunt et negotiationem huiuscemodi non recusant. captum  
 ad oppidum deducunt, per caduceatorem incolis denuntiant, nisi Busam

βόλει δὲ καὶ ὁ Βουσαῦς μὴ περιορᾶν Ῥωμαίους αὐτὸν ὥσπερ ἐν μεταίχμιῳ τινὶ τῇ πλάστιγγι σωτηρίας καὶ θανάτου ταλαντευόμενον. καὶ ζυγοστατεῖν αὐτῷ ἀμοιβαίως ἰκέτευσεν χάριτας, μετὰ Δ  
 5 βόης τε καὶ δακρῶν τὰς ἀριστείας ἀπεστόμιζεν, ὡς ὑπὲρ Ῥω-  
 5 μαιῶν διὰ μεγίστων κινδύνων ἀπεκληρώσατο· τὸν τε τῶν ἄθλων κατάλογον ἀπεσχεδίαζε, καὶ τοὺς ἀγῶνας ταῖς τοῦ σώματος ὤτει-  
 λαῖς ἀναγράπτους ἐδείκνυε, τὰς ἐμφάσεις ὥσπερ τῶν πόνων ἐπι-  
 δεικνύμενος, καὶ τῶν πολεμίων βολῶν τρανέστερον ἀνεγύμνου  
 τὰ σήμαντρα. καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, ἕξ ὧν ἔπαθε, τὸ μὴ πα-  
 10 θεῖν ἡξίου παρὰ τῶν εὐεργετηθέντων ἀποίσεσθαι. οἱ δὲ δυσανα-  
 νασχετοῦσιν, ὑπὸ τινος διαφθαρέντες ἀνδρός, ὃν καὶ λόγος διε-  
 κωμῶδει τῇ τοῦ Βουσαῦ γυναικὶ ἐπικλόποις τισὶν ἡδοναῖς ὁμιλῆσαι.  
 ἀτὰρ τοὶ τοὺς βαρβάρους ἠτιμωμένους ἀπεπέμποντο. ἐν μείζονι  
 τοίνυν κινδύνῳ ὁ Βουσαῦς γενόμενος ἐλιπάρει τὸ βάρβαρον ἀνα- P 54  
 15 βολὴν τινα μικρὰν τὰ τοῦ θανάτου λαβεῖν, καὶ μισθὸν τῆς τέως  
 ἀνακωχῆς παραδιδόναι τοῖς βαρβάροις τὸ φρούριον· δεῖν γὰρ  
 ᾤετο προπαθεῖν τοὺς ἐπιλήσμονας χάριτος καὶ μεταλήψεσθαι  
 τῆς συμφορᾶς τὸ ἀπάνθρωπον, ἵνα πρῶτον καθ' ἑαυτοῦ τὸ κα-  
 κὸν σχολή τὴν πρόοδον. ἐπεὶ δὲ μείζονος ἐπαγγελίας τετύχηκε  
 20 τὸ πολέμιον, ἰλαρώτερον πρὸς φιλανθρωπίαν ἐγένετο, ὡχέρου  
 τε ὄρκῳ τὸν Βουσαῦν περισώζειν, μὴ μὴν ἀκαιρεῖν, φυσικῶ δὲ  
 θανάτῳ τὴν ἔξουσίαν χαρίζεσθαι, ὁπόταν ἐθέλοι τὸν ἐκείνου

## 22. ἐκείνου IP.

benevole pro eius capite persoluto pretio honoraverint, se in illorum conspectu hominem iugulatos. suppliciter rogabat etiam Busas ne se, veluti qui medius mortis iuxta atque salutis lance examinaretur, despicere, et gratias vicissim sibi in trutina appenderent. magna item voce et collacrimans commemorabat quae praeclara facinora pro Romano nomine per maxima vitae discrimina effecisset, certaminaque ordine recensens dimicationes cicatricibus corporis inscriptas ostentabat, et tanquam laborum suorum imagines exhibebat, impositarumque sibi ab hostibus plagarum signa aperte ante omnes nudabat. atque ut summam dicam, per ea quae pertulisset, eos de quibus bene meruisset obsecrabat ut sibi gratiam non patiendi tam dira referrent. verum illi a quodam qui cum uxore Busae furtivas tractare voluptates omnium sermone notabatur, corrupti has preces indignantur, barbarosque cum contemptu dimittunt. tum Busas maiore in discrimine constitutus precatur uti a nece sua paulum adhuc temperent: se harum indutiarum praenium illis oppidulum traditurum. sic enim cogitabat, oportere priores malum perpeti, qui beneficii essent obliti. et inhumanitatem illorum calamitatis suae fieri participem, ut improbitas primum sibi ipsi officeret. hostes insigniora quam ante promissa accipientes hilarantur, et ad humanitatem misericordiamque ei tribuendam magis propendent; ac iureiurando inter-

- B** διαλύεσθαι σύνδεσμον· οὐ γὰρ ἐπιφέρειν αὐτῷ τὸν τεχνῆτην τοῦ-  
 τον καὶ ἐπικτητον θάνατον, εἴγε πέρας αὐτῷ τὰ τῆς ὁμολογίας  
 προσδέξεται. καὶ δῆτα ὁ Βουσαῦς τοὺς Ἀβάρους ἐδίδασκε συμ-  
 πῆγνυσθαι πολιορκητικὸν τι μηχανήμα, ἔτι τῶν τοιούτων ὄρ-  
 γάνων ἀμαθεστάτους ὑπάρχοντας, ἀκροβολίζειν τε παρεθκεύαζε 5  
 τὴν ἐλέπολιν. καὶ μετ' οὐ πολὺ τὸ φρούριον κατεβέβλητο, καὶ  
 δίκας ὁ Βουσαῦς ἀπανθρωπίας εἰσέπραττε, δεινὸν τι διδάξας  
 τοὺς βαρβάρους πρὸς πολιορκίαν τεχνουργήμα. ἐντεῦθεν γὰρ  
 πλείστας λοιπὸν τῶν Ῥωμαϊκῶν πόλεων ἀμογητὶ τὸ πολέμιον  
 V 172 παρεστήσατο, τῷ ἀρχετύπῳ σοφίσματι προχορησάμενον. μενοῦν 10  
**C** γε τῇ Βερόῃ προσπίπτει, καὶ πλείστον παρανάλωμα χρόνου ζη-  
 μιωθὲν καὶ μεγάλοις πόνοις προσομιλῆσαν τὸ τέσμα τῶν ἀγώνων  
 ἀστεφάνωτον ἀπεφέρετο, τῶν τὴν πόλιν περιοικούντων ἀντιπαρου-  
 τάξαμένων γενικώτερον. ὅμως χρήμασιν ὀλίγοις τισὶ τὴν ὁμαι-  
 χμίαν ἠλλάξαντο· τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ πιθανὸν τῆς ἀστοχίας 15  
**D** ἐγκάλυμμα. (17) περικάθεται δὲ καὶ τὴν Διοκλητιανοῦ πόλιν  
 κατὰ τὸ καρτερόν, ἀντετάξατο δὲ καὶ ἡ πόλις ἐς τὰ μάλιστα,  
 καὶ προσβάλλειν ἀπέοργεν ἐπ' ἀδείας· καταπέλται γὰρ ἐν τοῖς  
 τείχεσιν ἀνεστήσαντο ἄλλα τε ἀμυντήρια, καὶ ἀπρόσιτον ἦν τοῖς  
 βαρβάροις ἐξ ὑπογυίου συμπλέεσθαι. ἀπῆει τὸν ἀσχάλλων, 20  
 καὶ τὸ δὴ λεγόμενον, τὸ τοῦ λύκον παθῶν· κεναῖς γὰρ ἐκεχῆ-  
 νει ἐλπῖσι. παρενθὺ δ' ἐπὶ τὴν Φιλίππου πόλιν μετέβαινε, καὶ  
 περιβὰς τὸ πόλισμα ἐνήθλει λαβεῖν. ἀντιμάχοντό τε οἱ τοῦ

posito affirmant se ipsum conservaturos, naturalique morti potestatem gratificaturos eius coagmentationem dissolvendi cum voluerit, nec meditatam et adventitiam hanc mortem illaturos, si pactum re praestiterit. Busas igitur Abaros, hactenus istiusmodi instrumentorum fabricandorum imperitos, machinam expugnatoriam componere docet, et ad tela ex helepoli (tormento, quibus urbes capiuntur) iaculanda instituit. pauloque post oppidum prostratis muris in hostium manus concessit, et Busas poenas inhumanitatis exegit, doctis a se barbaris expugnatorum artificium; quo deinde pro fama primigenia et typo quodam usi, plurimas Romanorum urbes nullo negotio subegerunt. at vero Beroen aggressi cum longissimi iactura temporis magnisque laboribus voto ac praemio frustrati recesserunt, indigenis viriliter sese tuentibus; quibus modica pecunia pacem et amicitiam Chaganus vendidit: hoc enim frustrationis suae probabile tegumentum invenit. (17) etiam Diocletianopolim arte circum-sedit: sed oppidani summa vi contra nitentes aditu eum fidenter prohibuerunt, locatis in muro catapultis aliisque machinis defensoriis, ut accedere barbari et cominus pugnare non auderent. quamobrem indignabundus recessit, cum ei, quod proverbio de lupo dicitur, evenisset: vana enim spe hiaerat. hinc confestim Philippopolim transiens oppidumque circumiens id occupare nitebatur: sed cives acrius contra de-

ἄστειος ἐντρεχέστερον, καὶ πολλοὺς τραυματίας ἔκ τε τῶν περι-  
 βόλων καὶ τῶν ἐπάλξεων ἐποιήσαντο, ὥστε τὸν Χιγᾶνον τὴν  
 ἄστυλιαν διὰ τὴν ἀρετὴν ἐπαινέσαντα προῖκα καταθέσθαι τὸν πό- P 55  
 λεμον. ἔξ ἑωθινοῦ δὲ διαπειραιωθεὶς τὰς ὕλας τῆς λεγομένης  
 5 Ἀστικῆς τῆ Ἀδριανοῦ πόλει προστρέβεται. ἀγωνιστικώτερόν τε  
 τῷ ἄστει προσέβαλλεν, ἀντικαθίσταντό τε καὶ οἱ τοῦ ὕστεος ἀλ-  
 κιωτέρου. τοῖς δὲ Βυζαντίοις περιεβομβεῖτο ὡς Κάστος ἦλω  
 καὶ Ἀνσιμούθ, καὶ πολὺς τῆ πόλει ἐπεκύναινε θρόλλος. ἐλοι-  
 δορεῖτο δ' ὁ αὐτοκράτωρ ἔς τὸ φανερώτατον ἀπὸ τινων τῶν τοῦ  
 10 πλήθους ἀσυνέτων καὶ στωμύλων ἀνδρῶν, ὧν καὶ τὴ τῆς τύχης  
 ἦν ἀνεπίφθονα καὶ τὰ τῆς γνώμης ἀξήλωτα· καὶ βλασφημοὺς  
 ῥῥῆδες κατ' αὐτοῦ συντιθέμεντες δίσουρον κωμωδοῦντες ἐμμελῶς τὸ  
 ἀπαίσιον, οὐ τύχη ἄλλ' ἀνοία τὸ δυσπραγίς περιόπτουτες, ἀλλ' B  
 οὐκ ἀπέτεκεν ἡ λοιδορία θυμὸν τῷ αὐτοκράτορι· στείρα γὰρ ἦν  
 15 πρὸς ὄργην ἡ τοῦ βασιλέως ψυχὴ καὶ παρὰ τὴν θυμικὴν φλόγα  
 ἀσυνουσίαστος. τὸν δὲ Κάστον ἀπέδοντο χρηματισθέντες λιαν  
 δαψιλῶς οἱ πολέμιοι, ὡς ἔκ τῶν καθ' ἡμᾶς πρεσβυτέρων ἔστι  
 λαβεῖν, καὶ τὸ πιστεύειν ἀξίμιον. βασιλεὺς δὲ τὰς ἑαυτοῦ  
 φροντίδας τοῖς πολεμίοις ἀντέταξε, καὶ μείζονι παρασκευῇ πρὸς  
 20 τὸ πολέμιον ἔξαρτήετο. καὶ τὸν Ἰωάννην, ὃν δὴ Μυστάκωνα  
 τοῖς πολλοῖς ἔθος ἀποκαλεῖν, στρατηγὸν προεστήσατο. ἐχειρο-  
 τόνει δὲ καὶ τὸν Δρόκωνα ὡσπερ αὐτῷ ὑποστράτηγον, παρήσο-  
 ρόν τινα δύναμιν ἐμπιστεύσας αὐτῷ· Λογγόβαρδος δ' οὗτος τὸ  
 φῦλον, ἀνὴρ ἀλκιμώτατος καὶ πρὸς τὸν πόλεμον ἐμβριθέστατος.

certantes multos tum e moenibus tum e propugnaculis vulnerabant, ut  
 eorum virtute, qua tegerentur, commendata gratuito obsidionem solve-  
 ret. mane porro, silvis Asticae quae dicitur transitis, Adrianopolim se  
 applicat; quam cum maioribus operibus oppugnaret, etiam ibi a civibus  
 fortissime vis repulsa est. populi vero Byzantini aures fama de Casto  
 et Ansimutho captis circumsonabat, multumque murmuris ac tumultus  
 urbem inundabat, et apertissime imperatori a quibusdam e media plebe,  
 stultis et protervae linguae hominibus, quorum neque fortunis quisquam  
 invidit neque animi bona aemulatus est, contumeliae dicebantur. hi  
 compositis in illum cantibus modulate adversum casum et comica quadam  
 maledicentia insectabantur, non fortunae sed amentiae duram illam sor-  
 tem adscribentes. tamen probra huiusmodi imperatori stomachum non  
 faciebant, cuius mens ad iram sterilis et a flamma furoris abhorrens  
 erat. sed Castum hostes ingenti pecunia aestimatum reddiderunt, ut  
 senes nostri memorant, et iis fidem commodare nihil habet periculi.  
 imperator curas suas adversum hostes intendere, maioremque in eos ap-  
 paratum moliri, et Ioannem, vulgo dictum Mystaconem, ducem legere,  
 Droctonem ei pro hypostratego, parte muneris in illum collata, adiun-  
 gere. hic Longobardus natione, vir fortissimus et ad arma promptissi-

C ἐπεὶ δὲ περὶ τὴν Ἀδριανοῦ πόλιν ἐγένετο, τοὺς βαρβάρους τῆς πολιορκίας ἀφιστῆ, δευτέρα τε ἡμέρα ὁ πόλεμος ἐτετέλεστο. ἐνίκων τοίνυν Ῥωμαῖοι τοῖς βαρβάροις συμμίζαντες, καὶ ἑτεραλκία τὴν μάχην διέθεντο. κατεστρατήγει γὰρ τῶν πολεμίων ὁ ὑποστράτηγος Δρόκτων. ἐπιπλάστῳ γὰρ φυγῇ τὸ ἐκείνου κέρας ἔδοξε τοῖς πολεμίοις τὰ νῶτα παρέχεσθαι, ὡς οἷα δεδοικότος τοῦ Ῥωμαϊκοῦ τὸ ἀντίπαλον· εἶτα τοῦμπαλιν ἀντεδιώξε, καὶ μετόπισθεν τῶν βαρβάρων γενόμενον τοὺς συντηχόντας διώλεσεν. ἀπήεισαν τοιγαροῦν μεσημβρίας ὥρα οἱ βάρβαροι, ἄλλος ἄλλῃ διεσπαρμένοι καὶ ὡς ἂν τύχοι φερόμενοι μετὰ συντόνου τινὸς ἀποδράσεως. ὁ δὲ στρατηγὸς οὐ κατεδιώξε τὸ ἀντίπαλον· ἐφιλοσόφει γὰρ τῆς εὐδαιμονίας τὸ μέτρον, τὰς ἐπ' ἄκρον εὐεξίας, ὡσπερ εἰκός, εὐλαβούμενος. φιλαπόστροφον γὰρ ἦ τύχη καὶ ἄπιστον, νίκη δ' ἐπαμείβεται ἄνδρας, ἵνα καὶ τι τῆς Ὀμήρου δέλτου ἐπισπείρω τοῖς ἀφηγήμασιν. 15

P 56  
V 173

18. Ἡράκλειος μὲν οὖν κατὰ τοῦτον δῆτα τὸν χρόνον ἐπέβη αὐτὸν πάλιν τῆς Περσῶν πολιτείας, καὶ τοῖς Μήδοις φιλεπίδημον ἦν τὸ κακόν. ὀπηνίκα δὲ παρεγένετο, προσβάλλει ἐχυρωτάτῳ φρουρίῳ τινί. τοῦτο δ' ὑψηλῆς ὑπερεκαθέζετο πέτρας, καὶ διεκόσμη ὁ ὑποστράτηγος τὰς ἐλεπόλεις τε καὶ τὰς μηχανάς. ἀντιπαλαμῶνται δὲ καὶ Πέρσαι πρὸς τὰς ἐπιβουλὰς ἕτερου ἄττα σοφίσματα. ἰστουρογοῦσι δὲ καὶ οἷα χιτῶνάς τινας· τρίχας συλλέξαντες καὶ τῷ στήμονι τὴν κρόκην συστρέφαντες, προμήμη τὰ χιτῶνια διετέλεσαν, καὶ τούτους ἀχύρου εἰς τὸ ἰσχυρὸν ἐνε-

21. δὲ ] τσ IP.

mus erat. Adrianopolim ut venerunt, barbaros obsidione depellunt, ac die altero secundo Marte cum iisdem congressi vincunt, belloque finem imponunt. strategemate nimirum Drocto illos circumvenit: quasi enim timeret hostem, fugam cum suo cornu simulabat, deinde conversus insequentibus vicissim terga dantibus inhaerebat, et quotquot assequi posset obtruncabat. discesserunt itaque meridie barbari, continenti fuga alius alio, quo sors tulit, dilapsi. quos dux non est secutus, quod in felicitate modestiam adhibendam sapienter statueret, et velut in optimo corporis habitu, aliquid morbi, ut decebat, metuere. est enim fortuna parum fida, et facile alio respicit, et laeta viros victoria mutat, ut etiam de libris Homeri quippiam narrationibus nostris aspergamus.

18. Heraclius per id tempus rursus in Persidem se inferebat, habebantque domi malum Persae. admovit autem oppugnationem castello cuidam munitissimo, in sublimi petra aedificato, helepoles aliasque machinas hypostratego expediente. Persae adversum impulsus cum alia ingeniose struebant, tum quasi tunicas quasdam longas e pilis stamini tramam seu subtemen inducentes conficiebant, quas palcis densissime in-

φόρησαν, ναστούς τε κατέργασάμενοι ἐξήρτων τοῦ τείχους, καὶ B  
 τούτοις τὰς προσβολὰς ὑπέδελοντο, τῷ μυλθακῷ τῆς ἀντιτύπου  
 παρυσκευῆς τῶν ἐκπομπῶν τὸ στερρὸν ἐκμυλακίζοντες. ὑπερί-  
 πταντο δ' αἱ πολλαὶ τῶν βολῶν καὶ τοῦ φρουρίου αὐτοῦ· ἕτεροι  
 5 δὲ καὶ κατ' αὐτὸ τοῦ ἐχυρώματος κατεφέροντο. ὁ δ' Ἡράκλειος  
 οὐδεμίαν ἀνακωχὴν παρενετίθει ταῖς προσβολαῖς, νύκτωρ καὶ  
 μεθ' ἡμέραν ἀμείβων τοῖς ἐφισταμένους τῷ ἔργῳ. οἱ μὲν γὰρ  
 ἔναγχος τῶν πόνων μετείληφότες ὑπὸ τῆς διαδόχου δυνάμεως ἀν-  
 τελάμβανον τὴν ἀνάπαυαν, ἕτεροι δ' αὖ συμπονοῦντες ἐκείνοις C  
 10 ἔξανίσταντο, κἀκείνοις αὖθις τοῦ μόχθου συνελάμβανον ἕτεροι.  
 διὰ τοι τοῦτο ἔξασθενοῦσιν οἱ τιμωροῦντες τῷ ἐχυρώματι, καὶ  
 ἦν αὐτοῖς τὰ τῆς δυνάμεως ἐξίτηλα. ταύτῃ τοι καὶ καθαιρεῖται  
 τὸ φρούριον καὶ ὑπὸ Ῥωμαίους ἐγίνετο. ἐπεὶ δ' ἦλω, φρουρὰν  
 ἐν αὐτῷ ὁ στρατηγὸς ἐνεκάθισεν.

15 Οἱ δ' ἀμφὶ τὸν Θεόδωρον καὶ τὸν Ἀνδρέαν τὸ Ματζάρων  
 (φρούριον δὲ καὶ τοῦτο) τῷ χρόνῳ γεγηρακὸς διωρθώσαντο. οὐκ  
 ἄπο δὲ τοῦτο τοῦ Βεϊουδαῆς ἐτύγχανεν ὄν. ἐν ὅσῳ δὲ περὶ τὴν  
 οἰκοδομίαν ὁ Θεόδωρος ἐνησχολεῖτο, ἦκον παρ' αὐτὸν γεωργοὶ D  
 παραθῆγοντες τὸ Βεϊουδαῆς παραστήσασθαι, μὴ ἀποχωῶσαν  
 20 ὑπεῖναι φρουρὰν ἐν αὐτῷ παραδηλώσαντες. οἱ δὲ περὶ Θεόδω-  
 ρον καὶ Ἀνδρέαν παραχορῆμα ἐπιθέσθαι τὴν προᾶξιν τοῖς λόγοις  
 διενόηθησαν, καὶ διανυκτερεύσαντες συντόνω τῇ ὁδοπορίᾳ ἐκέ-  
 χρηγτο. ἐπιθέσθαι δὲ νυκτὸς τῷ Βεϊουδαῆς τούτοις ἐδέδοκτο.  
 καὶ μὴ ἐξισχύσαντες τῆς ἑαυτῶν ἐφικέσθαι βουλήσειως, περὶ

#### 4. ἑτέρας IP.

farctas de muro suspendebant, iisque tormentorum petitiones exciple-  
 bant; quarum vehementiam materiae oppositae debilitabat frangebatque  
 mollitudo. tela complura supra, alia in ipsum castellum volitabant.  
 Heraclius impressionibus nullam quietem interponebat, diu noctuque per-  
 mutans qui instarent operi. nam qui modo pugnarant, aliis succedenti-  
 bus respirabant: rursum alii illorum et novi ac recentes semper defati-  
 gatorum labores excipiebant. inde propugnatores defecti viribus lan-  
 guebant. ea ratione castellum eversum in potestatem Romanorum venit,  
 cui dux praesidium imponit.

Theodorus et Andreas Mazarorum oppidulum vetustate ruinosum  
 instaurant, quod a Beiudaeis non procul distabat. dum Theodorus ac-  
 dificatione distinctetur, agricolae adsunt, eumque ad Beiudaeis, in quo non  
 reperiatur sufficiens praesidium, armis subigendum incendunt. Theodo-  
 rus et Andreas communicata sententia mox ad rem incumbendum sta-  
 tuentes, transacta nocte magnis eo itineribus contenderunt. cum autem  
 noctu invadere decrevissent, nec possent quod volebant effectum dare,  
 sub matutinos gallorum cantus affuerunt. praesenserunt adventum Ro-

τοὺς ἔωθινοὺς τῶν ὀρνίθων κελύδους τῷ φρουρίῳ ἐπέστησαν. καὶ οἱ ἐπιχώριοι τὴν Ῥωμαϊκὴν προεγνώρισαν ἔφοδον, καὶ ἀδειεῖς ἦσαν διὰ τὸ τῶν τόπων δυσάλωτον. εἶτα ἀναθαρρήσαντες τῇ πέτρᾳ προκύντουσι καὶ τῶν ἀποπομπαιῶν βελῶν προκατήρχοντο. εἴσοδος δὲ τῷ φρουρίῳ μὴ οὕσα ἐτύγχανε, καὶ δυσπρόσιτος ἦν πολεμίᾳ χειρὶ· ἐνὶ γὰρ πύργῳ τὰ τῆς εἰσαγωγῆς ἐπεπίστευτο,

P 57 προβεβλημένῳ τοῦ ἐχθρώματος, ὡσπερ ἀδαμαντίνους περικειμένῳ λίθοις τισίν, ἢ εἴ τι τούτων τὴν φύσιν ἐστὶ στεγανώτερον. οἱ οὖν Ῥωμαῖοι ἀποβάντες τῶν ἵππων προσαράττουσι τῇ πέτρᾳ, καὶ ταῖς ὑπὸ τόξων φοραῖς ἐτελεῖτο τὰ τῆς ἀγωνίας προούλια. 10 τοῖς δ' ἐν τῷ φρουρίῳ ποτὲ μὲν λίθοι ἀμυντήρια ἦν, ἄλλοτε καταποῦλται, καὶ ὡσπερ ἐξ ἀπόπτου τινὸς ἢ μεγίστης περιωπῆς τὰς καταβολὰς ἐπεποίητο, οἷα ξηνηλαοῦντες διὰ τῶν ὑψηλῶν τὸ πολέμιον. ἀσχολούσης δὲ τῆς Ῥωμαίων δυνάμεως, τολμηταὶ τινὲς τοῦ Ῥωμαϊκοῦ συμφραζάμενοι ταῖς ἀσπίσι, κατ' 15

B ὀλίγον καὶ βάδην ἰόντες, τὸ πᾶν τῆς ἀριστείας ἀναθέντες τῷ θράσει προηγούντο τῶν ἐπομένων, καὶ τῶν ἐκ τῆς πέτρας καταβολῶν οὐ φροντίζοντες εἰς τὸ πρόσω ἐχώρουν, καὶ διωθοῦσι τῆς πέτρας τὸ βάρβαρον. οἱ δὲ πολιορκούμενοι τὴν σύμμαχον καταλείψαντες πέτραν, εἰσδόντες εἰς τὸ φρούριον παρέδωκαν τοῖς 20 πολεμίοις τὴν εἴσοδον. οἱ δὲ Ῥωμαῖοι τῶν τῆς πέτρας ὄχρω-

V 174 μάτων κρατήσαντες λίαν ἰσχυρῶς τὸ φρούριον περικάθηται. οἱ δὲ ἐπὶ τῶν ἐπάλλεξιν ἐσιῶτες ἀποσοβεῖν οὐχ οἷοί τε ἦσαν τὸ ἀντίπαλον, τὸ ὑπεῖρον τῶν βελῶν ὑπομένειν οὐκ ἔχοντες, ἀλλ'

6. εἴσοδον δὲ τῷ φρουρίῳ μὴ οὕσαν IP.

manorum indigenae, quibus capiendi loci difficultas timorem adimebat. tum petrae confisi despiciunt, telorumque iaciendorum initium faciunt. unus tantum erat ingressus, et is hostibus aditu difficilis, per turrim ante castellum stantem muroque cohaerentem, quae adamantinis quodammodo lapidibus, aut si quid adamantis solidius est, constabat. Romani igitur ex equis descendentes petram invadunt, sagittarumque iactibus mutuis certamini praeludebatur. propugnatores nunc saxis deliciendis nunc catapultis se defendebant, atque ut ex editissimo loco speculave maxima deorsum iaculabantur, hostes propter altitudinem quasi peregrina lingua compellantes. indigne id ferentibus Romanis, animosi quidam testudine facta sensim ac pedetentim gradientes, omnemque fortitudinis laudem in audacia constitutam habentes, aliis praeceunt, telaque desuper accidentia nihili pendentes ulterius prodeunt, ac barbaros petra depellunt. qui auxiliaria sua deserta castellum subeunt, Romanis ingressum reliquum faciunt. illi petrae munitionibus receptis castellum artissima obsidione premunt. in propugnaculis qui erant, hostem arcere non valebant, siquidem infinita tela non sustinebant: sed cum confertim apparuissent, mox pro vultibus terga ostendebant. porro miles



ἀθρόον ἐπιφανόμενοι παραντίκα ἀντὶ τῶν προσώπων τὰ νῶτα  
 εἰδείκνουν. Σάπειρ δέ τις ἀνὴρ, τὸ μὲν σῶμα ὡς ὁ παρὰ τῷ C  
 Ὅμηρῳ Τυδεὺς ἀνυμνούμενος, τὴν δὲ γνώμην καὶ περαιτέρω  
 Τυδεὺς (Ἡρακλῆς γὰρ ἦν τὴν ψυχὴν, καὶ εἴ τις τούτου ἐγεγόνει  
 ποτὲ ἀλκιμώτερος· οὐ γὰρ ἀποκνέω τῷ μεγέθει τῆς ἀρετῆς τὸν  
 Ἡρακλέα ἐν δευτέροις τιθεῖς, εἰ καὶ τῷ παραλλήλῳ λειπόμεθα),  
 σκόλοπας ὄξεις ἐπιφερόμενος ἐνάλλεται τῷ ἐχυρώματι, καὶ με-  
 τεωροπορεῖ τὸν μὲν ἓνα σκόλοπα ἐνεύρας τῷ πύργῳ ἀνὰ τὰς ἀρ-  
 μογὰς τοῦ οἰκοδομήματος (ἦν γὰρ λίθῳ ξηρῷ διεσκευασμένον τὸ  
 φρούριον), καὶ ἐπιβαίνει ἐπὶ τοῦ σκόλοπος τῷ ποδί. εἶτα τὸν  
 ἕτερον αὐθις ὡσπερ ἐγκεντρίσας σκόλοπα, τὸν λειπόμενον τοῖν  
 ποδοῖν ἐπερείδει, καὶ τῶν ἐξηρημένων λίθων ἐπειλημμένος  
 ἀπρὶξ εἶχετο ταῖν χεροῖν, οὕτω τε τὴν ἕνοδον ἐσοφίζετο. τῶν D  
 δὲ πολιορκουμένων τὴν θέαν τῶν βελῶν μὴ ὑπομένειν οἶων τε ὄν-  
 των, ἰσχυρῶς εἶχετο τῆς ἐπάλλξεως ὁ Σάπειρ ἐκεῖνος ἀνὴρ. καὶ  
 ἂν ἦλω κατὰ τὴν πρώτην ἐκείνην ἐπιβολὴν τὸ ἐχύρωμα, εἰ μὴ  
 τις τῶν τῆς Περσικῆς συμμορίας ἀθρόον ἐπιφανεῖς ἐνὶ τῶν θυ-  
 ρεῶν τῶν προβεβλημένων τοῦ ἐχυρώματος ἐκείνον αὐτὸν τὸν ἀρι-  
 στέα ἐξώθησεν. ὁ δὲ κατολισθήσας ἐς τὸ κάτω ἐφέρετο μετὰ  
 τοῦ θυρεοῦ, κύμβαχος ἐν κόνιησιν, ἐπὶ βρεχμὸν τε καὶ ὤμους,  
 Ὅμηρικῷ τῷ συμπτώματι. ὅμως οὐ διόλωλεν· ὑποδέχονται  
 γὰρ αὐτὸν ταῖς ἀσπίσιν οἱ συμπονοῦντες, καὶ τραυματίαν διεσώ-  
 ζοντο· προσνύττουσι γὰρ αὐτὸν τὰ τῶν ἀκοντίων σιδήρια μικρὸν  
 κομιδῆ. ὁ δὲ καρτερικῶς αὐθις ἐπ' ἐκεῖνο τὸ ἔργον ἐχώρει, καὶ

quidam Saperius vocabulo, corpore similis Tydeo quem Homerus cele-  
 brat, animo autem supra Tydeum, Hercules ipse, inquam, et si quis  
 Hercule aliquando animosior inventus est (non enim verebor magnitu-  
 dine virtutis Herculem postponere, tametsi alioqui quem cum eo conse-  
 ramus non habemus), hic, inquam, miles palos acutos inserens in mu-  
 nitionem insilit, et sublime scandit, et uno quidem in turri defixo, qua  
 lapides iuncturas dabant (constructum enim erat castellum caeso lapide),  
dem pervenit (Lazicen vulgaris lingua mutata voce appellat) et cum antistite regionis consilia communicavit, inde discedens in Albaniam perrexit. (7) Varamus de adventu Romanorum edoctus laetabatur, quod cum iisdem praelia miscere avebat, semper sibi fortunam arrisuram arbitratus. quapropter vicino transmissio fluvio Canzacum recedit, Romanos in interiora Persidis quasi post se trahens. quae Romanus animadvertens redire concupiscit; quodque sibi conducibile putabat, ei studiose providet. multitudine autem subtumultuante indignanteque et progredi cupiente, militaris confidentiae tumorem prudenti oratione reprimit. quinquaginta praeterea armatos mittit, qui hostium machinationem pervestigent. hi duobus Persicis exploratoribus Romana veste indutis occurrunt, captos bonis verbis affantur. illi Romanos se asseverantes periculum amoliuntur, dictisque fidem astruunt, ignota quadam via noctu se hostes nullo custode per herbam iacentes ostensuros pollicentes. Romani vitam libenter condonantes, eorum promissis circumventi a Persis capiuntur. inde post cruciamenta ad interrogata respondent, quo pacto Romanus in Persidem ingredi non sit ausus, et quam exiguos numero

γῆς, τό τε ὀλιγοστόν τῆς περὶ αὐτὸν μαχίμου δυνάμεως. τού-  
 των γοῦν ἐαλωκότων, τρεῖς τὸν ἀριθμὸν περισωθέντες ἀναγγέλ-  
 λουσι τῷ Ῥωμαῖῳ τὸ δυστύχημα. ὁ μὲν οὖν Βαρὰμ τὸν ποτα-  
 μὸν διενήξατο, καὶ αὐθις τὴν Ῥωμαίων κεραίζεται γῆν· ὁ δὲ B  
 5 τοῦ Ῥωμαϊκοῦ προεστὼς εἰς τοῦπίσω παλινοστεῖ. τοῦτο διεγνω-  
 κότις οἱ βάρβαροι ἐπετίθεντο τοῖς Ῥωμαίων συντάγμασιν. ὁ δὲ  
 στρατηγὸς τῆς Κολχίδος στρατιὰν ἀθροίσας ἐσύκαζεν ὅπως ἔχει  
 γνώμης τὰ τῶν Ῥωμαίων συντάγματα, καὶ εἰ ἀρρενικὰς ἔχουσι  
 τὰς ψυχὰς πρὸς παράταξιν. τῆς Ῥωμαϊκῆς τοίνυν πληθύος πα-  
 10 ροτρυνομένης πρὸς πόλεμον, ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς τοὺς ἀλκι-  
 μωτάτους ἀπὸ τῶν ἀδρανεστέρων διέκρινε, καὶ τὸ μὲν μάχιμον  
 ὡς ἑαυτὸν ἀνελάμβανε, τὸ δὲ ἀπόλεκτον περιφρουρεῖν τὸν χάρακα  
 διεκόσμησεν. εἰς δέκα τοίνυν χιλιάδας τῆς μαχίμου δρώσης, δύο  
 προθέειν τοῦ ὀπλιτικοῦ ὁ στρατηγὸς διετάξατο· αἱ τῇ προτρε-  
 15 χοίῳ τῆς Περσικῆς στρατιᾶς συναντήσασαι φάλαγγι γενναίως C  
 πᾶσαν διώλεσαν, κρημονοῦ συγκυρήσαντος καὶ τετευχότος τοῖς  
 βαρβάροις τὰ τῆς διαφυγῆς ἀνεπίτευκτα. τῆς δὲ καταδιώξεως V 184  
 ἐμφανοῦς γενομένης καὶ μέχρι τοῦ βαρβαρικοῦ χάρακος λαβούσης  
 τὴν πρῶδον, ὡς καὶ τὸν Βαρὰμ καταπλαγῆναι ἐπὶ τῇ συντάξει  
 20 τοῦ δράματος, ἐπανῆκεν ἡ προτρέχουσα δύναμις τῆς Ῥωμαίων  
 πληθύος. καὶ τούτων καταφανῶν τῷ Ῥωμαίων στρατηγῷ γενο-  
 μένων, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκτάξεως ὀργώσης συμπλακῆναι τοῖς  
 Μήδοις, ὁ Ῥωμανὸς τὴν ἀπόμαχον ἡρεμίαν ἡσπάζετο δέει τῆς  
 ἀπειροπλασίον τῶν βαρβάρων ἀθροίσεως. ἐπὶ δὲ οὐχ οἷός τε  
 25 ἦν χαλιναγωγεῖν τὸ ὑπήκοον τοῖς ἔναγχος ἀνδραγαθήμασι ζωπυ- D

milites circum se habeat. ex hisce captis tres salvi evadentes Romano  
 duci infortunium nuntiant. Varamus traiecto fluvio iterum Romanam  
 provinciam latrociniis infestam reddit. Romanorum ductor pedem refert,  
 barbari persequuntur. tum dux Colchidis, Romanus, coacto in unum  
 exercitu, quid animi habeant, et num ad pedem virili animo conferen-  
 dum parati sint, exquirat. militibus pugnandi desiderio ardentibus, dux  
 strenuissimos ab imbelli turba secretos assumit, reiectitios et imbelles  
 castris custodiendis distribuit. cumque bellatorum illorum summa ad decem  
 millia ascenderet, duo millia praeire iubet; qui cum in phalangem  
 Persicas copias antecedentem incidissent, forti animo totam disperdide-  
 runt, quod praecipitium occurrens barbaris effugium praecludebat. pa-  
 lam autem Romani fugientes persecuti etiam usque ad ipsum castrorum  
 vallum pervenerunt, adeo ut et Varamus factum obstupesceret, et ita  
 demum ad suos se receperunt. quos cum dux vidisset, Romanique cum  
 Persis conflagere vehementer anhelarent, dux, quod innumeram barba-  
 rorum multitudinem pertimesceret, quietem pugna vacantem maluit. sed  
 cum eos cohibere nequiret recentis facinoris animis redaccensus, certamen

ρούμενον, πρὸς παράταξιν τὰς δυνάμεις καθώπλιζε. συνήντα δὲ καὶ τὸ βάρβαρον. στρατοπεδεύονται γοῦν ἐκάτεραι δυνάμεις ἐν πεδίῳ τῆς Ἀλβανίας, ὡς διεῖργε τῆς παρατάξεως ἀπορρώξ τις ἀγχιβαθῆς ἐκ τοῦ Ἀράξου ποταμοῦ προερχόμενος. τὰ μὲν οὖν πλήθη ἐπὶ ταῖς ὄχθαις ἐναυλιζόμενα τοῦ μεισιτέοντος ὕδατος 5 ἐδίδοσαν τε καὶ ἀντελάμβανον λόγους. τρίτη δ' ἡμέρα, καὶ ἄγγελος ἀπὸ τοῦ Περσικοῦ πρὸς τὸν Ῥωμανὸν παραγίνεται τὸν πόλεμον ἔξαιτούμενος, χῶραν τε τῇ διαβάσει ἢ Ῥωμαίους Πέρσαις παρέχεισθαι ἢ τὸ βάρβαρον τοῖς Ῥωμαίων στρατείμασι. καὶ οὖν ὁ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ τὴν ἐπιστασίαν περιβαλλόμενος, παν-10 στρατιᾷ συναθροισάμενος ξύλλογον, ὑπὸ τῆς πληθῆος ἡξίον διδάσκεσθαι τὸ συνοῖσον αὐτοῖς πρὸς τὸν πόλεμον. τῶν δὲ συγχωρεῖν διανήξασθαι εἰσηγησαμένων τῷ στρατηγῷ τὸ πολέμιον, τῇ ὑστεραίᾳ ὁ λόγος πρὸς πρῶξιν ἐχώρησεν. οὐ μετὰ πολὺ δὲ πρὸς ἔκταξιν ἐκατέρα παρεσκευάστο δύναμις. τοῦ δὲ Βαρὰμ 15 ἀποπειραθέντος κλέψαι τὸν πόλεμον, ἀντεστράτευσεν ὁ Ῥωμανὸς

**P 72** τοῖς σοφίσμασι τὴν ἀγχινοίαν. ἡμέρα δὲ πέμπτη, καὶ Ῥωμαῖοι καὶ Μῆδοι πρὸς παράταξιν καθωπλιζοντο, καὶ τρισσοῖς συντάγμασι διεκόσμου τὸν πόλεμον. τὸ μὲν οὖν μεσαίτατον κέρασ τῆς βαρβάρου δυνάμεως ἐταπεινοῦτο ὑπὸ τῆς ἀντιθέτου παρα-20 σκευῆς. δεδιὼς τοιγαροῦν ὁ Βαρὰμ τὴν ἐπιφορὰν τῆς ὀκτῆς τῶν Ῥωμαίων ἐκ τοῦ εὐωνύμου κέρατος περιεβάλλετο δύναμιν. ἐν-

**B** τεῦθεν ἀσθενεστέρου τοῦ λαιοῦ γεγονότος συντάγματος ἐκ τῆς ἀντιστρατηγούσης δυνάμεως, καὶ φόνον πολλοῦ τοῖς Πέρσαις περικυμαίνοντος, καὶ ἐς μέγα κακοῦ τῶν πραγμάτων τῷ Βαρὰμ κευροηκότων, πανστρατιᾷ τε τῆς φηγῆς γενομένης τοῖς Πάρθοις,

parat. procedunt contra hostes. utrique exercitus in campo Albaniae tendunt; quos profundum Araxis fluminis brachium dirimit, manentesque super ripas verba commutant. tertio die a Persis ad Romanum nuntius adest, conflictus copiam petens, ita ut aut Romani Persis aut Persae Romanis transitum concederent. dux Romanus vocato in concionem exercitu quaerit quid eis e re publica videatur. milites hosti fluminis transmittendi potestatem concedendam suadent. postridie verba ad rem conferuntur, nec diu post ordines parte ab utraque instruuntur. sed cum Varamus belli furta tentaret, Romanus callide eius astui obviam ivit. die quinta ambo se praelio accingunt, ac in tres ordines aciesve digeruntur. mediam hostium Romana opposita premebat. inde Varamus metuens ne Romani quantum possent ad eam delendam incumberent, a sinistro cornu supplementum assumit. ex quo laevo cornu infirmiore propter eos qui contra dimicabant, cum et ingenti strage Persae conciderentur, et Varami res loco pessimo essent, totusque exercitus fugam ca-

τῆς δὲ διώξεως μεγάλης καὶ ἐπισημοτάτης ὑπὸ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ προελθούσης, συναπέσθη μετὰ τοῦ τύφου τῷ Βαράμ καὶ ἡ τύχη. τοῖς μὲν οὖν τὰ τῆς ἀποδράσεως ἐκρατύνετο, τούτων δὲ τὰ τοῦ θράσους ὡς ἔπος εἰπεῖν ἐμηκύνετο. οἱ δὲ τῶν Περσῶν τεθνεῶ-  
 5 τες λωποδυτούμενοι καὶ ταφῆς ἀμοιροῦντες τοῖς ἐντυγχάνουσι θηρίοις ἐστίασιν ἦν αὐτοσχέδιος.

8. Ταῦτα διαγνοὺς ὁ Ὀρμισδας, καὶ τὸ τῶν ἀτυχημά- C  
 των οὐ φέρων κομπῶν, ἀσχίσταις ὕβρεσι τὸν Βαράμ ἐξουθέ-  
 νησε, γυναικείας ἐσθῆτας ἔπαθλα τῆς ἀδοξίας κληροδοτήσας  
 10 αὐτῷ· καὶ μὴν καὶ τῆς στρατηγίας ἀπεχειροτόνησε, τοῦτο γράμ-  
 μασι βασιλικοῖς ψηφισάμενος. ἄρχεται δ' ἐντεῦθεν Μήδοις καὶ  
 ὁ πόλεμος. ἀντετυλίξεται γὰρ ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ καὶ Ὀρμισδας,  
 ὃν βασιλέα Περσῶν ἐγνώκει τὰ πράγματα. τὰ δὲ τῆς ὕβρεως  
 ἀντειτυπέτο τοῖς γράμμασι, καὶ οὐ παῖς ἀλλὰ θυγάτηρ Χοσρόου  
 15 ἐκεῖνος Ὀρμισδας αὐτὸς ἐπὶ ταῖς ἀντιγραφαῖς προπηλακίζόμενος  
 ἐνεγέγραπτο. πρό τινος δὲ τούτων βραχέος καιροῦ οἱ γεινιω-  
 ντες πρὸς τῇ Περσίδι Ἀρμένιοι, ὑποπεισθέντες ὑπὸ τινῶν Ῥω- D  
 μαίων ἀνδρῶν, ἀποστασίου ξυνωμοσίαν διέθεντο καὶ πρὸς τὸ  
 Μηδικὸν αὐτομολεῖν ἐνεχείρησαν, δολοφονήσαντες τὸν ὑπὸ τοῦ  
 20 αὐτοκράτορος ἡγεμόνα τῆς Ἀρμενίας γενόμενον, Ἰωάννης ὄνομα  
 αὐτῷ. καὶ ἐν σάλῳ τῶν πραγμάτων τῆς Ἀρμενίας ἀποκλινάν-  
 των, ὁ αὐτοκράτωρ Μανρίκιος Δομεντζιολον ἄνδρα περιφανῆ,  
 φιλότατόν τε καὶ εἰς συγκλήτου βουλήν ἐν τοῖς κορυφαιοτέροις V 185  
 προλάμποντα, εἰς τὴν Ἀρμενίαν ἐπέμπει. ὁ μὲν οὖν ἐγκοπῆν

pesseret, et Romani magna atque eximia persecutione fugientibus instarent, Varami felicitas cum eius fastu et insolentia extincta est. et illorum quidem fuga invalescebat, horum autem audacia, ut ita dicam, producebatur. corpora Persarum interemptorum spoliata bestiis occurrentibus epulo extemporaneo fuerunt.

8. Haec ubi didicit Hormisdas, ignominiae ex infortunio labem non sustinens Varamum probro turpissimo deformat, vestes muliebres in pretium contracti dedecoris ad eum mittens. quin etiam praefecturam regis litteris comprehenso decreto eidem abrogat; unde inter ipsos Persas civile bellum emersit. etenim dux regem, par referens, despicit ac vilipendit. sed despiciatum illum scripta epistola remetitur, in cuius superscriptione Chosroae non filium sed filiam infami irrisione nominat. porro paulo ante quam haec acciderent, Armenii Persarum finitimi quorundam Romanorum sermonibus inducti defectionis coniurationem fecerunt, iamque Ioanne, quem Armeniae praetorem imperator dederat, per dolum trucidato, cum Persis sese coniungere instituebant. cumque illius provinciae status in mediis tempestatum fluctibus versaretur, Mauricius imperator Domenziolum, virum spectatissimum sibi que perquam carum atque inter primores consiliarios conspicuum, in Armeniam expedit; qui

τῇ ἐπιβολῇ τῆς ἀποστάσεως παρέχεται, τὸν δὲ τῆς τυραννίδος πατέρα (Συμβάτιος ὄνομα αὐτῷ) δέσμιον βασιλεῖ παρεστήσατο. τοῦ δὲ βασιλέως τεμένει διαιτητῶν τὴν βάσανον τῆς κατηγορίας  
 P 73 εὐσεβέστερον ἐξαρτήσαντος, ἵνα μὴ τῷ ἀνεξετάστῳ τῶν ἐγκλημάτων ἀδίκῳ παρηρησίᾳ τὰ τῆς ποινῆς πολιτεύσῃται, καθομολογείται παρὰ τοῦ αἰτίου τὰ πλημμελήματα. καὶ δῆτα τῶν δεδικακότων προσενεγκαμένων ἀπόφασιν, τιμωρία τε θηριοβλήτων φησάντων τοὺς τὰ τοιαῦτα δράσαντας ἐκποδῶν τῶν ἀνθρωπίνων γενέσθαι πραγμάτων, τοῦ τε θεύτρου πλησθέντος, καὶ μελλόντων εἶναι θηρίων βορὰ τῶν πεπραχότων τὰ πλημμελήματα, ταῖς εὐφημίαις τῶν δήμων τὸ τοῦ βασιλέως προῆλθε φιλόανθρωπον. καὶ ὁ μὲν τῶν θηρίων διεκρίνετο καὶ τὴν παράδοξον σωτηρίαν  
 B καρπίζεται, οἱ δὲ θεαταὶ μεγαλαυχῶσι τῶν ἀδοκῆτων τοῦ βασιλέως οὐκτειριμῶν τὸ φιλόανθρωπον.

Τοῦ πάντα δὲ χρόνον καινίζοντός τε καὶ παραχαράττοντος καὶ διαμορφοῦντος καὶ ἄλλοτε ἄλλως πλάττοντος, καὶ μετατρέποντος τῇ περιστροφῇ τῆς ἀεικινήτου δινήσεως, καὶ τῷ ἄξονι τῆς περιφορᾶς τῶν πραγμάτων τυραννοῦντος τὸ πάγιον, καὶ αἰεὶ πρὸς τὸ βέβαιον δυσαρεστοῦντός τε καὶ νοσηλευομένου, καὶ ὅποι στήναι τῆς πλάνης οὐκ ἔχοντος, καὶ τῇ τῆς παλιρροίας ἀνωμάλῳ κινήσει τὸ ἀνίδρυτον κεκτημένον, συμβαίνει τὸ τηρικῶτα καιροῦ τῇ τῶν Περσῶν βασιλείᾳ παράλογά πως παθήματα, ἔκθεσιν τε ἀφηγημάτων κεκτημένα οὐκ ἄκομψον. τοῦ γὰρ Βαράμ μὴ δια-

### 13. οἱ δὲ ] οἷ τε IP.

inchoatam defectionem intercidit, auctoremque et incentorem turbarum, Symbatium vocabulo, vincitum imperatori transmittit. ille accusationem arbitris sacrae curiae examinandam pie commendat, ne de criminibus non interrogatus contra ius fasque poenas exsolveret. delicta reus confitetur. iudices sententiam ferunt, bestiarum laniatu huiusmodi scelerum compertos ex hominum vita tollendos esse. theatrum spectatoribus completur, facinorosus a belluis devorandus expectatur, cum imperatoris clementia populi acclamations antevertit. et ille quidem a bestiis liberatur, salutemque praeter suam aliorumque opinionem consequitur: spectatores imperatorem de improvisa misericordia et humanitate laudibus in coelum efferunt.

Caeterum dum tempus omnia novat et adulterat et transformat et alias aliter fingit perennique conversionis gyro circumagit, et quod fixum ac firmum est, mobilitate et fluxu rerum humanarum ceu rota crudeliter versat ac circumvolvitur, semperque constantiam et stabilitatem odit, et eius causa male se habet, et ubi errorem sistat, non invenit, et refluxus motu inaequali instabilitatem suam ostendit, dum haec, inquam, tempus facit, quidam casus tum inopinati regno evenerunt, quorum non erit inelegans narratio. nam cum Varamus odium adversus Hormisdam, quod



λυσάμενον πρὸς τὸν Ὀρμίσδαν τὴν ἄρτι πον ἔξαπιναίως ἔχθραν C  
 πηγύσασαν, ἐγκλείεται ὁ τῆς Μηδικῆς μοναρχῶν, ὃν Ὀρμί-  
 σδαν ἡ ἱστορία διέγραψεν, ἄρχοντί τινι τοῦ Μηδικοῦ παρὰ τὸν  
 Βαρὰμ παραγενέσθαι, καὶ τῆς μὲν ἀρχῆς θᾶττον αὐτὸν παραλύ-  
 5 σασθαι, χειροπέδαις δὲ τοῦτον ἐνείραι καὶ ἠτιμωμένως τοῖς ἀνα-  
 κτόροις θᾶττον αὐτὸν παραστήσασθαι. ὁ μὲν οὖν Βαράμης  
 (τοῦτο γὰρ ὄνομα τῷ ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀπεσταλμένῳ) χειρω-  
 θείς ὑπὸ τῶν Βαρὰμ καὶ τινι τῶν μεγίστων ἐλεφάντων παραδο-  
 θείς παρανάλωμα κατεστρέψατο τὸν βίον πικροτάτῳ θανάτῳ.  
 10 Ὀρμίσδου δὲ καταπολεμηθέντος ὑπὸ Βαρὰμ τῆς τε βασιλείας  
 καθαιρεθέντος, Χοσρόου τε τοῦ νεωτέρου τοῦ Ὀρμίσδα παιδὸς  
 καταστασιασθέντος κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναρρήσεως κἀντεῦθεν  
 προσκεχωρηκὸτος Ῥωμαίοις, ὁ γέρον ἐκείνος καὶ Περσικὸς δια-  
 λύεται πόλεμος, εἰς δύο δεκάδας διατείνας ἐνιαυτῶν.

15 9. Ἀλλὰ πρὶν τὰ τε τῷ Βαρὰμ διαπραχθέντα τὰ τε συμ- D  
 βεβηκότα κατὰ τὴν Χοσρόου τοῦ νεωτέρου προσχώρησιν διεξέλ-  
 θωμεν διεξοδικώτερον, ἐπαναζεύξωμεν τὴν ἀφήγησιν ἐπὶ τὴν  
 Ἰουστίνου τοῦ νεωτέρου βασιλείαν, τὸν λόγον πον πρὸς τοῦπίσω  
 μικρὸν ἀνακλίναντες· τὰς αἰτίας γὰρ ἐντεῦθεν λέξομεν τῆς Περ- P 74  
 20 σικῆς ταύτης καὶ πρεσβύτιδος μάχης· οὕτω γὰρ τῷ ἀπαραλείπτῳ  
 τῶν ἀφηγημάτων οἱ τῆς ἱστορίας ὠραιοσθήσονται πίνακες.

Ἰουστινιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος πρὸς τὴν ἀκήρατον λῆξιν  
 μεταχωρήσαντος, ἐννέα καὶ τριάκοντα ἔτεσι τὰ Ῥωμαίων διδυ-  
 ναντος σκῆπτρα, γίνεται τῆς τῶν πραγμάτων ἡγεμονίας διάδο-

se nuper repente ut ex fonte profuderat, non deponeret, rex cuidam  
 viro principi de Persis negotium dat uti ad Varamum profectus magi-  
 stratu illum statim depellat, iniectisque manicis cum ignominia quampri-  
 mum in palatium adducat. Sarames igitur (hoc illi ab rege misso nomen  
 erat) a Varamo captus, vastissimoque cuidam elephanto conculcandus  
 pro ludo obiectus, tristissimo exitu vitam finivit. ex quo autem Hormis-  
 das a Varamo est oppugnatus, et regnum subversum, Chosroesque iunior  
 Hormisdæ filius tempore creationis suae seditione afflictus, indeque cum  
 Romanis foedere hospitioque coniunctus, vetus illud bellum Persicum  
 annis 20 gestum, tandem aliquando conquievit.

9. Sed priusquam Varami res, et quæ Chosroe iuniore ad Roma-  
 nos se applicante acciderunt, fusius exponamus, orationem ad memoriam  
 paulo hac nostra antiquiorem reflectamus, causasque huius Persici belli  
 in quo tot anni consumpti sunt, disseramus. sic enim historiae tabulae  
 ornabuntur, cum de narratione nihil praetermiserimus.

Postquam Iustinianus Augustus anno imperii nono supra tricesimum  
 ad sortem et conditionem immortalitatis emigravit, Iustinus iunior, Iusti-  
 niani ex sorore nepos, rerum habenas excipit. is dum septimum impe-

χος Ἰουστίνος ὁ νέος· ἀδελφιδοῦς δ' οὗτος ἐτύγγανεν ὢν Ἰουστι-  
 νιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος. ἐβδόμῳ τοιγαροῦν ἐνιαυτῷ τῆς βα-  
 σιλείας Ἰουστίνου τοῦ νέου παρασπονδησάντων Ῥωμαίων τῇ τοῦ  
 βασιλέως κομφότητι τὰ τῆς εἰρηναίας εὐδαιμονίας διασπᾶται τε  
 καὶ περιρρήγνυται, ἐπεισάγεται δὲ Ῥωμαίοις καὶ Μήδοις ὁ πόλε-

Β  
 186 μος, ἡ δεξαμιενή τῶν κακῶν, τὸ πάντων τῶν δυστεχημάτων ὡς  
 ἔστιν εἰπεῖν καταγώγιον, τὸ ἀρχέτυπον τοῦ βίου ληϊτήριον, ὃν  
 σηπεδόνα τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀποκαλῶν οὐκ ἂν ἀμάρ-  
 ττοι τοῦ πρέποντος. αἱ δὲ συνθῆκαι πεντηκοντούτιδες Ῥωμαίοις  
 καὶ Πέρσαις διωμολόγητο, αὐταὶ τῇ μεγάλῃ τοῦ βασιλέως ἀνομίᾳ 10  
 διαφθείρονται τε καὶ παρατέμνονται. κἀντεῦθεν ἡ ἀρχέκακος  
 πρόσδος τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀτυχημάτων ἐγένετο. καταιτιῶνται δὲ  
 Ῥωμαῖοι τοὺς Πάρθους καὶ τοῦ πολέμου δημιουργοὺς ἀνεκίρη-  
 τον, φάσκοντες τοὺς Ὀμηρίτας (Ἰνδικὸν δὲ τὸ γένος καὶ Ῥω-  
 μαίοις ὑπήκοον) πρὸς ἀπόστασιν ὑπ' αὐτῶν ὑποπέθεισθαι, εἴτα 15  
 μὴ νενικημένους ἐκείνους ταῖς εἰσηγήσεσι πάσχειν ὑπὸ Περσῶν δι'  
 C ἐφόδων ἀνήκεστα, τῆς εἰρήνης διακεχυμένης Πέρσαις τε καὶ τῷ  
 Ῥωμαϊκῷ πολιτεύματι. προσέτι γε χαλεπαίνοντες ἔφασκον ὅτι γε  
 πρὸς Ῥωμαίους Τούρκων πρεσβευσαμένων τότε νῦν πρῶτον ὑπο-  
 φθείρειν τοὺς Ἄλανοὺς χρήμασιν ἐπειράθησαν Πέρσαι, ἐφ' ᾧ 20  
 δι' αὐτῶν ἰόντας ἀναιρεθῆναι τοὺς πρέσβεις καὶ κωλύμην ἀπο-  
 κληρώσασθαι τὴν διάβασιν. φιλαίτιώς Ῥωμαῖοι τὸ πολεμεῖν  
 ἀσμενίζοντες, καὶ μικραῖς καὶ ἑξιτήλοις τισὶν ἀφορμαῖς μεγάλων

4. εἰρηναῖα IP.

23. μεγάλους IP.

rat annum, Romani eius imitati levitatem foedus minime sanatum et in-  
 temeratum habent; unde pacifica illa felicitate distracta et disrupta bel-  
 lum inter Romanos atque Persas introductum est, bellum omnium malo-  
 rum receptaculum, omnium incommodorum (ut ita dicam) diversorium,  
 vitae praedatoriae archetypon; quod qui rerum humanarum ulcus putri-  
 dum vocaverit, me iudice non erraverit. foedus autem inter hasce duas  
 gentes in annos quinquaginta susceptum et confirmatum magna impera-  
 toris stultitia dirupit atque corruptit. hinc tanquam a fonte tot clades  
 et miseriae in Romanam rem publicam postea dimanarunt. Romani porro  
 Persas in crimen vocantes eos belli huius inventores esse palam dictita-  
 bant, quod Homeritas (gens Indica est, Romanis parens) ad defectio-  
 nem sollicitassent. quos cum, quo volebant, consiliis suis pellicere ne-  
 quivissent, pace disturbata incredibilia damna infestis incursionibus iis-  
 dem intulisse. ad haec irati obiiciebant, quod cum Turcae legationem  
 ad Romanos misissent, illi primum Alanos pecunia ab officio detorque-  
 re studerint, ut per eorum regionem legatos iter habentes interimere-  
 rent atque ita transitum impedirent. ita Romani queruli nimium, bellum li-  
 benter amplexi, parvis et futilibus occasionibus magnos sibimet malorum

προόδους κακῶν σφίσιν αὐτοῖς σοφιστεύονται· οὐ γὰρ ὄνησιν αὐτοῖς τὸ φιλοπόλεμον προσεπόρισε. Μῆδοι δὲ πατέρως τοῦ πολέμου Ῥωμαίους κηρύττοντες αἰτίας ταύτας προυτίθεισαν, τὸ ὑποδέχασθαι τοὺς Ἀρμενίους Ῥωμαίους, ἐν ὑπηκόων μοίρᾳ Πέρσαις τυγχάνοντας καὶ ἐς τυραννίδας ἑλληλακότας, ἀνελόντας τε D  
 Σουρήνην κλιματύρχην ὑπὸ τοῦ Περσῶν βασιλείως τῆς Ἀρμενίων πολιτείας γενόμενον· πρὸς ἐπὶ τούτοις τὸ μὴ ἐθέλειν Ῥωμαίους ἀν' ἔτος ἕκαστον πεντακοσίας λίτρας χρυσοῦν κατὰ τὸ εἰωθὸς κατατίθεσθαι, ἃς Ἰουστινιανὸς ὁ βασιλεὺς ταῖς συνθήκαις διω-  
 10 μολόγησεν, οἷά περ ἀπαξιούοντας φορολογεῖσθαι ὑπὸ Περσῶν βασιλείως. ὁ δ' ἦν οὐ τοῦτο, ἀλλ' ἐπὶ φρουρᾷ τῶν ὀχυρωμάτων ἐδίδοντο τῶν εἰς κοινὴν σύστασιν φρουρουμένων, ὅπως μὴ σχοίη τῆν εἰσροὴν τῶν ἀπείρων ἐθνῶν καὶ ὁμόρων ἢ ἀκατάσχετος δύναμις, καὶ βασιλείας ἐκατέρας ἐπιγένηται λύσις.

15 10. Διαχειθείσης οὖν τῆς εἰρήνης καὶ τῶν σπονδῶν ἀνα- P 75  
 τετραμμένων Ῥωμαίοις τε καὶ Πέρσαις, Ἰουστίνος ὁ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ βασιλεὺς εἰς τὴν ἔω ἐκπέμπει Μαρκιανὸν στρατηγόν, ἐν τῷ καταλόγῳ τῶν πατρικίων ὄντα, περίβλεπτον ἄνδρα, οὐκ ἄπο τοῦ γένους τοῦ βασιλείου τυγχάνοντα. ὁ τοίνυν Μαρκιανὸς τὸν  
 20 Εὐφράτην διαπεραιωθείς καὶ κατὰ τὴν Ὀσροηνὴν γεγονώς ἤδη τοῦ θέρους παρηβηκότος καὶ παρακμάσαντος, καὶ τῶν βαρβάρων οὐδὲν διανοουμένων πρὸς πόλεμον, τρισχιλίους ἐκ τοῦ ὀπλιτικοῦ συμφραξάμενος κατὰ τὴν Ἀρζανηνὴν καλουμένην χώραν ἐξέπεμπεν. εἰσβαλοῦσα τοίνυν ἡ δύναμις, καὶ ἀδοκῆτου τῆς

cumulos machinati sunt: nam belli gerendi cupiditas nihil ipsis utilitatis peperit. contra Persae Romanos belli auctores proclamantes, causas huiuscemodi edebant, quod Romani Armenios Persarum proprios in fidem auctoritatemque suam recepissent, tyrannidemque Surena Climatarcho, quem in Armeniam rex misisset, interfecto exercuissent; praeterea quod Romani noluisent in annos singulos quinquaginta libras auri consuetas persolvere, quas Iustinianus imperator in foedere faciendo sponderat, quia videlicet tributa Persarum regi pendere alienum a dignitate sua ducerent. quod non ita erat, verum ad alenda praesidia castellorum in commune custodiendorum aurum illud erogabatur, ut plurimorum finitiorumque populorum effrenata licentia collectis copiis ne irrumperet et utrumvis imperium everteret.

10. Violata igitur pace ac foedere utrinque conculcato, Iustinus Marcianum patricium genere ac propemodum de familia imperatoria, virum excellenti fama, ad exercitum gubernandum in Orientem destinat. Marcianus transitio Euphrate cum in regionem Osrhoenam marcente ac senescente iam aestate venisset, barbarique de bello nihil cogitarent, tria millia de exercitu separata in Arzanenam, quae dicitur, regionem immittit. quorum improvisa irruptione insanisque depraedationibus, de-

ἐπιστασίας γενομένης τοῖς Μήδοις, πάσχει τέως τὰ τῆς Περσί-  
 Bδος δεινά· προνομεύεται γὰρ καὶ ληΐζεται καὶ λαφυραγωγεῖται  
 οὐκ ἀναξιόλογον λείαν. τοῦ δ' ἐπιόντος ἐνιαυτοῦ τῆς βασιλείας  
 Ἰουστίνου τοῦ αὐτοκράτορος, Μαρκιανοῦ τὰς δυνάμεις ἀγείραν-  
 τος καὶ ἐκ τοῦ Δάρας ποιησαμένου τὴν πρόοδον, καὶ τῶν βαρ- 5  
 βάρων στρατοπεδευσαμένων περὶ τὴν Νίσιβιν, γίνεται συμπλοκὴ  
 Ῥωμαίων τε καὶ Περσῶν πλησίον τοῦ Σαργαθῶν, οὕτω καλου-  
 μένου χωρίου Περσῶν, καὶ πταίονσι Μῆδοι καὶ κρατοῦσι τῆς  
 μάχης Ῥωμαῖοι. διὰ τοῦτο περικαθήμενον τὸ Θεβοθῶν ἐνεχεί-  
 ρουν ἑλεῖν· Περσικὸν δὲ τουτὶ τὸ φρούριον. ἡμέρας τοίνυν τὸ 10  
 φρούριον πεπολεμηκότιες πολλὰς, καὶ οὐ κατὰ σκοπὸν συμβεβη-  
 κότων τῶν πραγμάτων αὐτοῖς, ἐπὶ τὸ Δάρας ἐπανέζευξαν.  
 C εἶτα εἰσβάλλουσιν εἰς τὴν πολεμίαν αὐθις, καὶ τὴν Νίσιβιν τῆς  
 Μυγδονίας διεγνώκασι παραστήσασθαι· τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ὑπὸ  
 τοῦ αὐτοκράτορος προσειάττετο. ὁ δὲ τῶν Περσῶν βασιλεὺς 15  
 Χοσρόης ὁ πρεσβύτερος, ἄρας ἐκ Βαβυλῶνος ἅμα Μηδικῶ  
 V 187 στρατοπέδῳ, Τίγριν διανηξάμενος, εἰσβαλὼν τε περὶ τὴν ἔρη-  
 μον καὶ δι' ἐκείνης στρατοπεδευσάμενος, ἵνα μὴ Ῥωμαίοις κατό-  
 δηλος ἐπιστρατευσάμενος γένηται, ἤκε πλησίον Ἀβάρων, χω-  
 ρίου τινὸς Περσικοῦ· ἀπόκιστο δὲ τοῦτο Κιρκησίον τοῦ Ῥω- 20  
 μαίων πολίσματος πέντε ὁδῶν ἡμερῶν. καὶ τὸν μὲν Ἀδορμαά-  
 νην οὕτω καλούμενον στρατηγόν, τὸν Εὐφράτην διαπεραιωσά-  
 μενον ποταμὸν ἐκπέμπει τὴν Ῥωμαίων ληϊσόμενον, ἕξ δ' αὐτῷ  
 χιλιάδας ὀπλιτικοῦ συνεξέπεμψεν· αὐτὸς δ' ὁ τῶν Περσῶν βα-  
 σιλεὺς παραμείβων τὸν Ἀββορὰν ποταμὸν ἐξυπιναιῶς ἐπιστῆναι 25  
 τοῖς τὴν Νίσιβιν πολιορκοῦσι Ῥωμαίοις ἐπαλαμῆσατο. ὁ μὲν

populationibus et expilationibus male tunc Persidi factum est. Iustini imperatoris anno sequenti, Marciano delectus habente et ex oppido Dara prodeunte, barbarisque iuxta Nisibim tendentibus, praelium prope Sargathum (locum a Persis ita nominatum) committitur: Persae Romanis dant manus. qui deinde Thebothum castellum Persicum cingentes, cum per dies multos continuata oppugnatione nihil proficerent, Daram se retulerunt. post rursus in hostium terras invadentes Nisibi Mygdoniae urbe potiri constituunt, quemadmodum in mandatis ab imperatore acceperant. Chosroes autem senior, Persarum rex, cum copiis Babylone discedens, traiecto Tigri solitudinem ingressus, ac ne in Romanos ducere conspiceretur, per eam progrediens, ad oppidum quoddam Persicum, Abarum nomine, quinque dierum itinere a Circesio Romanorum urbe distans devenit. inde Adormaanem ducem superato Euphrate ad Romanorum provinciam cum sex millibus proficisci iubet: ipse Aborram flumen praeteriens Romanos Nisibim obsidentes repentino adventu op-

οὖν Ἀδορμαάνης πλησίον τοῦ Κιρκησίου γενόμενος καὶ τὸν Εὐφράτην διαβὰς ποταμὸν τὴν Ῥωμαίων γῆν προενομεύσατο· οὐδενὸς δὲ τῇ Περσικῇ ἐνδημίᾳ ἀντίπερισταμένου σοφίσματος, ἔπως ἐγκοπὴν προκοπῆς τὰ τῶν βαρβάρων σχολή κινήματα, ὁ Ἀδορμαάνης ἀφικνεῖται εἰς τὰ περὶ τὴν Ἀντιόχειαν πόρων ἐκτός, τὰ τε τῶν οἰκοδομημάτων πρὸ τῆς πόλεως κάλλη διαφθείρας, P 76 ὡς ὁ καιρὸς ἐχαρῖζετο, ἐπὶ τὴν κοίλην ἀφικνεῖται Συρίαν. πλησίον δ' Ἀπαμείας περιβαλλόμενος χάρακα, καὶ τῶν τῆς πόλεως πρεσβευσαμένων μετὰ δώρων λαμπρῶν λύτρα τε διωμολογηκότων, ὁ μὲν βάρβαρος τῆς ὑποσχέσεως μόνης ἐπεκάμπτετο μέχρι, οἱ δὲ φενακίζονται ἐξαπατηθέντες δόλοισ βαρβαρικοῖς. τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ, καὶ τὴν πόλιν ἀνδραποδίζειται. ἐς ὕστερον δὲ καὶ τῷ πύρι παραδοὺς εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἐπανῆκεν.

11. Ἐπεὶ δὲ Ῥωμαίοις ἀπαίσια τοῦ πολέμου ἐγεγόνει B  
15 προαύλια, διηπορεῖτο ὁ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ μοναρχῶν, καὶ διαταράττετό τε ἐπὶ τοῖς βαρβαρικοῖς ἐπιτεύγμασιν, ἀσχάλλων τε ἐπὶ τοῖς ἐξ ἄβουλλίας περιστοιχίσασιν αὐτὸν ἀτυχήμασιν Ἀκάκιον τὸν Ἀρχελάου ἐς τὴν Νίσιβιν ἐστελλεν ἀποχειροτονήσοντα τῆς στρατηγίας Μαρκιανόν. ὁ μὲν οὖν Μαρκιανὸς χώραν τῷ βασιλικῷ  
20 παρεχόμενος δόγματι ἀπολιμπάνει τὴν Νίσιβιν· τοῦ δὲ Ῥωμαϊκοῦ ἐπὶ τὸ Μάρδες γεγονότος, ὁ τοῦ Περσικοῦ βασιλεὺς λαίλαπος δίκην ἐς τὸ Δύρας γεγωνῶς καὶ μῆνας ἕξ καταπολεμήσας τὸ πόλισμα, λόφους τε καὶ χάρακα τῇ πόλει περιγραψάμενος, τὸ τε ὕδωρ μετοχετεύσας τοῦ ἄστεος, πύργους τε ἀντιθέτους ἀν- C

primere meditatur. Adormaanes cum Circesium pervenisset Euphratemque traiecisset, Romanae ditioni populando incommo- dabat. sed cum Persis irruentibus nullo ingenio occurreretur, quo minus ultra ultraque prodirent, Adormaanes citra laborem Antiochiam usque fertur, pulcherrimaque aedificia suburbana pro tempore diruens, in Coelesyriam vadit, et iuxta Apameam castris munitis, cum cives legatione missa splendidisque muneribus redemptionis pretium se daturus paciscerentur, barbarus promissis tenuis flexus barbarica eos fraude ludificatus est: nam die tertio urbem occupavit, et postridie flammis traditam relinquens in Persidem revertit.

11. Quoniam vero belli primordia et quasi praeludia Romanis infelicia contingebant, varias in partes rapere animum et barbaricis successibus conturbari coepit imperator; moerensque ob adversam fortunam, qua propter temeritatem ducis circumdaretur, Acacium Archelai filium Nisibim legat, per quem dignitate exuatur. Marcianus decreto imperatorio cedens Nisibim deserit. Romanis apud Mardes agentibus, Persarum rex haud secus quam procellosus turbo Daram urbem munitissimam invadens, ubi eam mensibus sex oppugnavit aggeribusque et vallo cinxit,

τοικοδομήσας καὶ ἐλεπόλεις περιστησόμενος χειροῦται τὴν πόλιν καὶ λίαν κομιδῇ ἐχυρὰν καθεστῶσαν. τούτων ὁ αὐτοκράτωρ Ἰουστίνος ἀκηκόως, καταπλαγείς ἐπὶ τῇ ῥύμῃ τῆς συμφορᾶς, οὐ μετὰ πολὺν δὲ καὶ νόσῳ παραφορᾶς βεβλημένος καὶ τὴν ἐς ὕστερον τῶν κακῶν δεδιῶς ἐπικύησιν, ἀνακωχὴν μὲν τοῦ ἐνε-5 στῶτος ἔτους ἐποιεῖτο πρὸς Πέρσας, τῆς νόσου δ' αὐτῷ ἐπιτι-θιμένης λίαν ὡς ἔπος εἰπεῖν γεννικῶς, Τιβέριον υἱοθεσίᾳ κοσμήσας καὶ τῆς βασιλείας κοινωνὸν ποιησόμενος ἀνηγόρευσε Καίσα-  
**D** ρα· ἡγεμῶν δ' οὗτος ἐνύγχανεν ὢν τῶν τοῦ βασιλέως σωματοφυλάκων καὶ ὑπασπιστῶν, ὃν κόμητα ἐξκουβιτώρων τῇ συνήθει 10 φωνῇ ἔθος Ῥωμαίοις καλεῖν. παραθήσομαι δὲ καὶ τὰς ὑποθήκας τοῦ αὐτοκράτορος, ὡς Τιβερίῳ τῷ Καίσαρι κατὰ τὸν καιρὸν τῆς ἀναρρήσεως δημηγορῶν παραδέδωκεν, οὐ καλλύνων τὸ τῆς λέξεως ἀκαλλές, οὐδέ τι μεταμορφῶν τὸ μὴ κεκαλλιεπημένον τῆς φράσεως, ἀλλὰ που γυμνὴν τὴν τῶν ῥημάτων ἐκθεσιν ὑποστο- 15 ρέσω τοῖς ἀφηγήμασιν, ἵνα τῷ ἀναμφιάστῳ καὶ ἀπαραραράκτῳ  
**P 77** τῆς λέξεως, ὡς ἔχει φύσεως, τὸ τῶν παρηκολουθηκότων προέλθοι ἀνόθεντον. τῆς τοίνυν συγκλήτου βουλῆς ἐς ἑαυτὸν γενομένης, τοῦ τε ἱερατικοῦ καταλόγου συναθροισθέντος ἅμα τῷ ἐπιστατοῦντι καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας πηδάλια διυθύνοντι, ὁ αὐτο- 20 κράτωρ ὡσπερ ἔστις ἐπὶ βήματος Τιβερίῳ τάδε παρέθετο. “ἰδέ, ὁ θεὸς ὁ ἀγαθύνων σε. τοῦτο τὸ σχῆμα ὁ θεὸς σοι δίδωσιν,

### 1. παραστησόμενος IP.

et aquam alio derivavit, turresque turribus oppositas construxit, et expugnatorias machinas (quae helepoles dicuntur) adhibuit, tandem sub potestatem subiecit. his nuntiatis, Iustinus imperator calamitatis vi et impetu percussus, nec multo post mente alienatus, formidansque ne alia insuper mala existerent, praesentis anni indutias cum Persis facit. vitio mentis audacius, ut ita dicam, progrediente, Tiberium honoribus ornandum suscipit, et filium sibi adoptans imperiique consortem allegens Caesarem renuntiat. hic custodum corporis satellitumve imperatoris praefectus erat, quem usitata voce excubitorum comitem Romani appellitant. hoc loco praeceptiones, quas Iustinus Tiberio, sermone ad eum, quo tempore Caesar salutabatur, habito, tradidit, inseremus. dictionis simplicitatem non expoliemus; nec quod minus eleganter prolatum est, in formam aliam commutabimus: sed nuda eius verba his narrationibus intexemus, ut quod inquirendo assecuti sumus et intelleximus, id non elocutione festiviore veluti convestitum aut signo falso adulteratum, sed ut per se et natura sua est, ad posteros sincerum germanumque prodamus. accito igitur senatu et clero una cum principe suo, qui ecclesiae clavum tenebat, imperator ceu pro concione stans Tiberium hisce verbis admonuit. “en, deus beneficium in te confert. haec insignia deus tibi do-

οὐκ ἐγώ. τμήσον αὐτό, ἵνα καὶ τμηθῆς ὑπ' αὐτοῦ. τίμα  
 τὴν μητέρα σου τὴν ποτε γενομένην σου δέσποιναν· οἶδας ὅτι V 188  
 πρῶτον δοῦλος αὐτῆς ἦς, νῦν δὲ υἱός. μὴ ἐπιχαρῆς αἵμασι, B  
 μὴ κοινωνήσης φόνων, μὴ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδώς, μὴ εἰς  
 5 ἔχθραν ὁμοιωθῆς ἐμοί. ἐγὼ γὰρ ὡς ἄνθρωπος εἰσωδιάσθην  
 (καὶ γὰρ πταιστός ἐγενόμην) καὶ ἀπέλαβον κατὰ τὰς ἁμαρτίας  
 μου. ἀλλὰ δικάσομαι τοῖς ποιήσασί μοι τοῦτο ἐπὶ τοῦ βήματος  
 τοῦ Χριστοῦ. μὴ ἐξεπαιρέτω σε τοῦτο τὸ σχῆμα ὡς ἐμέ. οὕτω  
 πρόσχες πᾶσιν ὡς σεαυτῷ. γινῶθι τί ἦς καὶ τί εἶ νῦν. μὴ  
 10 ὑπερηφανήσης, καὶ οὐχ ἁμαρτάνεις. οἶδας τί ἤμην καὶ τί ἐγε-  
 νόμην καὶ τί εἰμι. ὅλοι οὗτοι τέκνα σου εἰσι καὶ δοῦλοι. οἶδας  
 ὅτι τῶν σπλάγχχνων μου προετίμησά σε. τούτους βλέπων ὅλους  
 τοὺς τῆς πολιτείας βλέπεις. πρόσχετε τῷ στρατιώτῃ σου. μὴ  
 σύκοφάντας προσδέξῃ. μὴ εἰπωσί σοι τινες ὅτι ὁ πρὸ σοῦ οὕτως C  
 15 διεγένητο· ταῦτα γὰρ λέγω ἀφ' οὗ ἔπαθον. οἱ ἔχοντες ἀπολαύ-  
 τωσαν αὐτῶν· τοῖς δὲ μὴ ἔχουσι δώρησαι.” καὶ μετὰ τὸ γενέ-  
 σθαι τὴν εὐχὴν παρὰ τοῦ πατριάρχου, καὶ λεχθῆναι παρὰ πάν-  
 των τὸ ἀμὴν, καὶ πεσεῖν τὸν Καίσαρα εἰς τοὺς πόδας τοῦ βασι-  
 λέως, λέγει αὐτῷ ὁ βασιλεὺς “ἐὰν θέλῃς, εἰμί· ἐὰν μὴ θέλῃς,  
 20 οὐκ εἰμί. ὁ θεὸς ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, πάντα  
 ὅσα ἐπελαθόμην εἰπεῖν σοι, αὐτὸς ἐμβάλη εἰς τὴν καρδίαν σου.”  
 ταῦτα ἐλέγχθησαν μηνὶ Δεκεμβρίῳ, ἑβδόμῃς ἡμέρᾳ ἕκτη, ἰν-

## 4. φόνος IP.

nat; quae honora, ut illa vicissim te honorent. matrem tuam (Sophiam Augustam) aliquando dominam tuam venerare. scis te tunc eius esse filium, cuius antea servus fuisti. noli gaudere sanguine, nec caedibus communica. ne malum malo compensa. ne te imitatione mei odiosum redde. ego enim ut homo ingressus sum ad peccandum proclivis, et secundum peccata mea recepi. veruntamen apud tribunal Christi iudicio cum his contendam, qui hoc mihi fecerunt. ne te habitus iste, ut me, extollat. omnibus perinde ut tibi metipsi attende. nosce qui nuper fueris, et qui in praesentiarum sis. ne superbus esto, et non peccabis. quid fuerim et quid factus sim, vides. universi isti et servi et filii tui sunt. nosti quomodo te plus visceribus meis dilexerim. hos cum vides, rem publicam totam vides. studiosè prospice militi tuo. obtrectatores aversare. ne eo tibi quidam persuadeant, quia decessor tuus his moribus fuerit: haec enim edoctus malo meo te hortor. quibus suppeditant facultates, iis fruuntor: quibus desunt, tute largitor.” deinde cum patriarcha precatationis carmen finisset, omnesque subiecissent amen, Tiberiusque ad pedes imperatoris sese prostravisset, ait ei imperator “si volueris, sum, si nolueris, non sum. deus qui creavit coelum et terram, quaecumque tibi oblitus sum dicere, cordi tuo infundat.” atque haec mense Decembri, sexta die hebdomadis, indictione nona prolocutus

D δικτιῶνος ἐννάτης. (12) ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς διαλαλιῦς ἀπεπερα-  
 τοῦτο τῷ αὐτοκράτορι, ὁ μὲν κρότος παρὰ τῶν ὑπηκόων ἐπή-  
 γαγε, καὶ τὰ τῆς εὐφημίας ὡσπερ ἐπομβρίας τινὸς λαβροτέρας  
 χύσει ἐλάμβανε· τῷ ὄντι γὰρ οὐκ ἀναξιόλογος ἡ χειροτονία τῷ  
 Καίσαρι ἐξηρτύετο. ὁ μὲν οὖν Καίσαρ αὐτοκρατορικῆς νόμον 5  
 πληρῶν ἀναγορεύσεως ἐνεχάραττε γράμματα, καὶ ταῦτα τῷ  
 Περσῶν βασιλεῖ παρεπέμπετο. ἦρος δ' ἀρχομένου πρέσβεις  
 ἀπέστειλεν, ἀπεκηρυκεύετό τε τὸν πόλεμον, παγκύλιον τινὸς ὀρε-  
 γόμενος πράγματος· ἐκεχειρία γὰρ ἡ ἀξίωσις ἦν· οὐδὲν γὰρ τῆς  
 P 78 εἰρήνης καθέστηκε τιμαλφέστερον τοῖς γε νοῦν ἔχουσι καὶ με- 10  
 μνημένοις τῆς θνητῆς τε λήξεως τῆς τε πρὸς τὸν βίον βραχυτά-  
 τῆς παρόδου. ἔστρατολόγει δὲ καὶ πλήθη μαχίμων, καὶ τῆ  
 ῥύσει τῆς χρυσῆς διαδόσεως φιλοκινδύνους τὰς τῶν στρατολογου-  
 μένων ψυχὰς ἐτεκταίνετο, αἰδοῖ τοῦ μισθώματος τὸ θανατῶν  
 παρ' αὐτῶν ἔξωνούμενος. ἔσβεσε τοίνυν τῶν βαρβάρων τὴν λύ- 15  
 μην τὸ τῆς τοῦ Καίσαρος μεγαλονοίας φιλότιμον, καὶ χαλινοῦν-  
 ται μὲν οἱ κίνδυνοι, ἀποφλεγμαίνουσι δὲ τὰ δυσχερῆ, ἀνακό-  
 πτονται δὲ αἱ κατὰ τὸν πόλεμον συρρεῦσασαι συμφοραί, καὶ τὸ  
 κακὸν ἀθρόα προμηθεῖα τινὶ ἀπόδημον ἐγνωρίζετο. κατὰ τοῦ-  
 B τον δῆτα τὸν ἐνιαυτὸν στρατηγὸς προχειρίζεται Ἰουστινιανὸς ὁ 20  
 τοῦ Γερμανοῦ υἱός, τοῖς κορυφαιοτάτοις τῶν ἐν τέλει συναρι-  
 θμούμενος. ὁ μὲν οὖν στρατηγὸς τὴν πάλαι τῶν στρατευμάτων  
 ἀνάσκητον ἔκταξιν δι' ἐπιμελείας ἡρόρθου, διατυπῶν τὸ ἀτίπω-  
 τον καὶ μεταπλάττων πρὸς εὐσχημοσύνην τὸ ἄτακτον. ὁ δ' αὖ-

est. (12) ubi imperator conticuit, subditi plausum dederunt, faustae-  
 que acclamationes tanquam irriguus de coelo imber valide diffusae sunt.  
 vere enim honorem illum Caesar Tiberius merebatur; qui creationis au-  
 gustalis morem tenens, litteras ad regem Persarum mittit. sed veris  
 initio missis legatis petitisque indutiis bellum deprecatur. id erat desi-  
 derare rem honestissimam: nihil est enim pace honorabilius apud homi-  
 nes quidem prudentes et conditionis humanae, brevissimorumque spatio-  
 rum huius vitae non immemores delectus interim agebat strenuorum  
 militum, auroque liberaliter distribuendo in eorum animis qui nomina  
 dedissent periculorum despicientiam excitabat, mercedisque reverentia  
 alacritatem moriendi ab ipsis redimebat. Caesaris itaque gloriae studio  
 incensa magnanimitas barbaros iniuriis tam foede inferendis prohibebat,  
 pericula coercebat, odiosa quaeque et gravia imminuebat, calamitates  
 belli tempore confluere solitas retundebat; et omne demum genus in-  
 commodorum solida illius providentia exulare cernebatur. eo anno Iusti-  
 nianus Germani filius, unus de optimatum primoribus, dux deligitur,  
 qui diligentia sua inveteratam exercitus inertiam correxit; quod informe  
 erat, de integro conformavit, quod perturbatum, et confusum, ad de-



τοκράτωρ ἔτι δυνάμεις συνήθροιζε καὶ τὸ συμμαχικὸν ἀπὸ τῶν  
 ἔθνῶν ἤρανίζετο, μεγάλας χρημάτων ἀποβολαῖς τὰς ἐπιβολὰς  
 τῆς παρατάξεως ἀναντιγωνίστους ἐμπορευόμενος· οἶδε γὰρ χρη-  
 μάτων ὀλκὴ οἰκονομουμένη μετὰ φρονήσεως καὶ τοῖς προσφαλεῖσι  
 5 τὴν πρὸς τὸ κριῖτον ἀνάζευεν πραγματεύεσθαι. ἐπεὶ δ' ὁ και-  
 ρὸς τῆς ἐκεχειρίας ἀνάλωτο καὶ ὁ τῆς ἀνακωχῆς ὄρος Ῥωμαίοις C  
 τε καὶ Πέρσαις διέσβεστο, ἀφικνεῖται τὸ Περσικὸν πρὸς ἐχόμενα  
 τοῦ Δάρας, εἰς τοῦτο ἰδόντος τοῦ τὰς στρατηγίδας ἡνίας ἰθύ-  
 νοντος Ταμχοσρώ, ἀνδρὸς παρὰ Πέρσαις μεγατιμίον. στρα-  
 10 ποπεδεύονται δὲ κατ' αὐτὸν καὶ Ῥωμαῖοι πλησίον. τῆς δὲ συμ- V 189  
 πλοκῆς οὐδετέρα δύναμις γέγονεν ἕξαρχος. ἐπὶ πολὺ δὲ βλεπού-  
 σης τε καὶ ἀντιβλεπομένης ἑκατέρας ἰσχύος, εἰς λόγους συμβά-  
 σιως ὀρῶσι τὰ μάχισμα. γίνονται τοίνυν σπονδαὶ ἐφ' ᾧ πρὸς  
 15 τὸ ἔω ἐπὶ χρόνους τρεῖς γαλήνην ἄγειν τὸν πόλεμον καὶ φιλοσο-  
 σθαι. οὐκοῦν ὁ Ῥωμαίων στρατηγὸς Ἀμιδὰν παραμείψας τὴν D  
 πόλιν ἐν τοῖς τῆς Ἀρμενίας στρατοπεδεύεται κλίμασι. συνεί-  
 πετο δὲ καὶ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, καὶ σὺν πλήθει πολλῶ τὸν Εὐ-  
 φράτην διαπορθμεύεται. ὀπηρῖκα δ' ἑξάκουστος γέγονε τῷ Ῥω-  
 20 μαϊκῷ ὁ τῶν Περσῶν βασιλεὺς αὐτουργήσων τὸν πόλεμον, ἔκλυ-  
 τοι γίνονται τὰς ψυχὰς οἱ Ῥωμαῖοι, καὶ οὐκ ἄπο τοῦ δέοντος·  
 ἢ γὰρ βασιλικὴ ἐνδημία τὴν τῶν προὔπαρξάντων κληρωσαμένη  
 Πέρσαις ἐπίτευξιν πολλὴν τὴν τῆς ἀδρυνηκῆς ῥοπὴν τοῖς Ῥω-  
 μαίοις παρείχετο. διὰ τοι τοῦτο ἐπὶ τινος λόφου ὁ τοῦ Ῥωμαϊ-

centem speciem composuit. imperator porro Tiberius adhuc militem et  
 a populis auxilia conquirebat, magnisque pecuniarum impensis efficere  
 conabatur ut suis in hostem incumbentibus nulla vi resisti posset. novit  
 enim grandis pecunia prudenter posita, in quo prius peccatum est, id  
 ad statum meliorem corrigere. postquam ab armis pacta vacatio cessa-  
 vit et indutiarum tempus exivit, Persae finitima Darae oppidi infestant,  
 ducente eo Tamchosro, viro inter Persas honoratissimo, penes quem  
 exercitus moderamen erat. eodem versus illum Romani castra movent.  
 cumque neutri pugnam ordirentur alterique alteros diu intuerentur, ad  
 extremum ad verba de foedere ineundo ventum est. inquit foedus, ita  
 ut Oriens triennium a bello quiete et otio perfruatur, in Armeniam ar-  
 ma effuse transferantur. ergo dux Romanus Amidam urbem praetergres-  
 sus Armeniae campos ingreditur, quem Persarum rex cum frequentibus  
 copiis secutus, Euphratem eas transducit. ubi Romani regem per se  
 bello praefuturum compererunt, animis ceciderunt, non sane aliter quam  
 decuit. nam cum praesentia illius ad ea quae vellent facile obtinenda  
 Persis multum prodesset, Romanis facultatem quae ipsi optarent effi-  
 ciendi auferebat. quocirca dux Romanus tumulto conscenso ad circum-

κοῦ στρατηγὸς ἐπιβάς, τό τε ὀπλιτικὸν ἔξ ἐπιπέδου περιστησά-  
μενος, τῶνδε τῶν λόγων ἀπήρξατο.

- P 79 13. “Ἡ παροῦσα νῦν ἡμέρα, Ῥωμαῖοι, μεγάλων ἡμῖν  
ἀγαθῶν ἄρξει, τοῖς ἐμοῖς εἰ πεισθίητε ῥήμωσιν. ὀπλίσατέ μοι  
τὰς ψυχὰς πρὸ τοῦ σώματος· αἱ καρδίαι πρὸ τῶν χειρῶν πολε- 5  
μείτωσαν. ἕτερος ἑτέρου προκινδυνεύτω, καὶ σώσεσθε. ἄν-  
δρες φιλόσοφοι (φιλοσόφους γὰρ ὑμῶς ἢ στρατιώτας ἀποκαλῶ·  
μόνοις γὰρ ὑμῖν ὁ θάνατος ἄσκησις), ἀθάνατον τοῖς βαρβάροις  
τὴν προθυμίαν ἐνδείξασθε. ἀκατάπληκτοι γίνεσθε τὰς ψυχὰς.  
δοκεῖτε βάλλειν ἢ βάλλεσθαι, ὡς ἐν ἀλλοτριῷ τῷ σώματι τὰς 10  
B τῶν ἀντιπάλων βολὰς προσιέμενοι. ἔστωσαν μάρτυρες τῆς  
ὑμῶν ἀρετῆς οἱ πολέμιοι πίπτοντες· διηγέσθωσαν καὶ τεθνηκό-  
τες τὰ τρόπαια. ἄνδρες κοινωνοί, καὶ πόνων ἡμῖν κοινωνοί  
καὶ κρότων διὰ τὸν πόλεμον, ἀρετῆς καὶ κακίας ἢ συμπλοκῆ κα-  
θέσθηκε βάσανος, καὶ διαιτητῆς ἐστὶ ψυχῶν· ἢ γὰρ τὸ θηλυ- 15  
πρεπὲς τῆς δειλίας ἐξελέγξει, ἢ τῆς εὐτολμίας τὸ ἀρρενωπὸν μετὰ  
στεφάνων καὶ θριάμβων λαμπρῶν ἀναγορεύσει τὸ τήμερον. μὴ  
πάθῃτε τι φιλοσωμάτου ψυχῆς, τὰ νῦτα τοῖς βαρβάροις παρέ-  
C χοντες. ὕπνος τίς ἐστὶν ὁ γλυκὺς οὗτος καὶ μεμελετημένος ὑμῖν  
ὁσημέραι θάνατος· ὕπνος τοῦ μὲν συνήθους τούτου μακρότερος, 20  
πρὸς δὲ τὴν μέλλουσαν ἡμέραν βραχύτατος. ἀδοξίαν μετὰ σω-  
τηρίας, ἄνδρες, ἀσχύνεσθε. τοῦτο θάνατός ἐστὶν ἀθάνατος,  
καὶ τάφος κακίας μηδέποτε περικαλύπτων τῆς ἀσχημοσύνης τὸν

fusam in plano suorum multitudinem huiuscemodi verbis concionari ag-  
gressus est.

13. “Hodierna lux, Romani, eximiorum bonorum principium nobis  
fatura est, si dictis meis obtemperare volueritis. armatote mihi pectora  
prius quam corpora; animi ante quam manus in hostem pugnent. alter  
pro altero discrimen ne metuat. quodsi faxitis, vitam incolumitatemque  
retinebitis. viri philosophi (tales enim vos libentius quam milites ap-  
pellabo: soli quippe vos mortem meditamini), alacritatem barbaris im-  
mortalem ostendite. animos imperterritos gerite. existimate vos dare  
vulnera, non accipere, velut in corporibus alienis plagas hostium exci-  
pientes. illorum strages virtutis vestrae testimonium esto. etiam mor-  
tui vestros triumphos praedicent. O socii, laborum, inquam, bellicorum  
et plausuum socii, virtutis et ignaviae explorator animorumque censor  
conflictus est. aut enim timiditatem femineam hodiernus dies coarguet,  
aut viris decoram audaciam cum praemiis ac triumphis illustribus palam  
demonstrabit. ne de corpore servando laborantes hostibus terga vertite.  
somnia quidam dulcis haec vobis assiduo meditata mors est. somnus  
hoc quidem consueto, et quotidiano diuturnior: si ad diem quam ex-  
pectamus comparetur, brevissimus. cum incolumi corpore ignominiam  
erubescite. haec enim mors immortalis est, et sepulcrum quoddam igna-  
viae, nunquam cooperiens eum qui se dedecore contaminavit. cavete

κληροσάμενον. μὴ ταρπιτέτω τοὺς ἀριστείας ὑμᾶς ὁ Περσῶν  
 βασιλεὺς ἀναλκέστατα πλήθη περιποιούμενος, καὶ μεγαλαυχῶν  
 καὶ τὰς ὄφρῶς ἀνασπῶν ὑψαυχενίζόμενός τε, καὶ μέχρι τῶν λό-  
 γων κεκτημένος τὸ φύσημα, ὅλον γαῦρον τὸ ἔθνος καὶ σοβαρὸν D  
 5 καὶ τῷ κόμπῳ τῆς μεγαληγορίας τὸ κράτος ἐμπορευόμενον. ἀμνη-  
 μονεῖτε τῶν πρόσθεν ἀτυχημάτων, τῆς ἐπιβολῆς τῶν συμμαχι-  
 κῶν δυνάμεων λαβόντες ἀνάμνησιν. ἀμνημονεῖτε τῆς πρὶν ἀπο-  
 τεύξεως, ἣν ὤδινεν ἄνοια στρατηγοῦ, καὶ τῶν ἰθυνομένων ἀτα-  
 ξία κακῶς ἐμαιεύσατο. οὐδὲν ἀριστεῦσι πέφυκε φοβερόν. τού-  
 10 τοις οἷα μὲν χόρτος ἐστὶν ὁ σίδηρος, αἱ δὲ τῶν βελῶν ἀλγηδόνες  
 ὄρεξις ὑπεκκαίουσα μειζόνων κινδύνων ἐφάπτεσθαι. οὐκοῦν  
 ἀνιστόρητα τὰ νῶτα τοῖς πολεμίοις φρουρήσατε· ἀμνήτους αὐ-  
 τοὺς τῶν μεταφρένων ἐνδείξασθε. πηγὰς θριάμβων οἶδε τὰ P 80  
 τραίματα. δουλαγωγοῦσιν αἱ διαφυγαί, καὶ οὐ σώζουσιν· οὐκ  
 15 οἶδε γὰρ κακίας ὑπόθεσις σωτηρίας σώζειν ὑπόσχεσιν. ἀποδύ- V 190  
 σασθε πρὸ τῶν θωράκων τὰ σώματα, πρὸ τῶν ἀσπίδων τὸ ζῆν.  
 τοῖς ὄλοις μάχεσθε μέλεσι· μηδὲν ἔστω μέλος τῶν κινδύνων ἀμέ-  
 τοχον. τῇ συννεύσει τῶν ὄπλων τειχίσατε τὴν παρόταξιν, τῇ  
 συμμίξει τῶν ἵππων τὰς φάλαγγας χαρακώσατε, τῷ συμφώνῳ  
 20 τῆς στάσεως στεγανῶν λίθων δίκην οἰκοδομίας ἑαυτοὺς περιφρά-  
 ξατε. μὴ ἐξαλλέσθω τῆς παλάμης τὰ δόρυτα· βάλλετε τῶν βε-  
 λῶν μὴ στερούμενοι. οὐκ ἔστι Πέρσαις φύσις ἀθάνατος· οὐκ  
 ἔστι τύχη Μήδοις ἀκίνητος. οὐκ εἰσὶ βαρβάροις χεῖρες ἀκάμα- B  
 τοι. οὐ πλεονεκτοῦσι Πάρθοι τοῖς μέλεσιν· οὐ διδύμους ἔχουσι

strenuitatem vestram rex Persarum labefactet, qui quas conscripsit co-  
 piis imbellissimis sese iactat, supercilium tollit, cervicem erigit, ac ver-  
 bis tenuis insolescit, ut gentis superbia fastuque turgentis inanique ma-  
 gnificorum verborum crepitu potentiam suam venditantis mos est. prae-  
 teritos casus obliviscimini; impressiones auxiliatorum recordamini. pri-  
 stinae infelicitatis memoriam deponite, quam ducis temeritas parturivit,  
 tumultuatio militum quasi quaedam obstetrix eduxit. nihil viris fortibus  
 perhorrescendum accidit, quibus ferrum pro cibo est, et a telis inflictis  
 dolores maiorum discriminum subeundorum desideria incendunt. qua-  
 propter curate uti terga vestra hostes ne aspiciant: dorsa vestra iisdem  
 ut mysteria profanis occultate. vulnera sanguine manantia, mihi credite,  
 triumphorum fontes sunt. fuga servitatem, non salutem parit: nescit  
 enim timiditatis argumentum salutis praestare promissum. pro loricis  
 corpora, pro scutis vitam exuite. universis artubus dimiccate; membro-  
 rum nullum periculo vacet. densatis armis aciem ceu muro communi-  
 te. equorum constipatione phalangas tanquam vallo cingite. concordii  
 statione ut aedificio e duro lapide vos circumsepit. ne hasta manum  
 fugiat. ne tela non incidentia proiicitote. non est Persarum natura in-  
 dissolubilis, non fortuna immutabilis, non manus indefessae. non illis

τὰς ψυχάς· οὐκ ἀδαμάντινα τούτοις τὰ σώματα. μυοῦνται καὶ Πέρσαι θανάτου μυστήρια. ἐν τούτῳ δίκαιός ἐστιν ὁ πόλεμος· οὐ γὰρ ἀθανάτους κατὰ θνητῶν ἐπεστράτευσεν. οἱ Ῥωμαῖοι τὴν δίκην ἐμισθώσαντο σύμμαχον, τὴν εἰρήνην καὶ αὐθις ἐπιζητήσαντες. τὸ Μηδικὸν ἀντίθετον ἑαυτῷ τὸ δίκαιον ἐπεστράτευσεν· αἰεὶ γὰρ πού τὸ εἰρηναῖον βδελύσσεται, καὶ οἷα θεὸν ἐπιδέξιον γεραίρει τὸ φιλοπόλεμον. οὐκ ἔστιν ἡμῖν ἐψευσμένη θρησκεία· οὐ νόθους θεοὺς ἡγεμόνας προεστησάμεθα. οὐκ ἔστιν ἡμῖν θεὸς μαστιζόμενος· οὐ γὰρ ἵππον χειροτονοῦμεν

**C** εἰς λάτρευμα. οὐ προσκυνοῦμεν θεὸν πρὸς τέφραν μετατιθέμενον, σήμερον φλεγόμενον καὶ μετ' ὀλίγον μηδὲ φαινόμενον. οὐ καπνὸς καὶ ὕλη τὴν θεολογίαν συνίστησιν, ὁ δὲ μαρasmus τὴν ψευδωνυμίαν διήλεγξεν. κομᾷ ταῖς εὐθυμίαις ὁ βάρβαρος· ἀλλ' οὐκ οἶδεν εὐπραγία μένειν ἐφ' ἑαυτῆς, ἀδίκων βωμῶν ἐπιβαίνουσα. καὶ τὸ μὴ δίκαιον πολλάκις κρατύνεται, ἀλλὰ καὶ πρὸς φθορὰν μετατίθεται. χωρεῖτε τοιγαροῦν ἀξίως τῆς ὑμετέρας προσηγορίας πρὸς πόλεμον, ἵνα μὴ μετὰ τῶν πραγμάτων ζημιωθῶμεν καὶ τὰ ὀνόματα. μὴ προδῶμεν τὰς συμμάχους

**D** ἀσπίδας, ἀλλ' ὥσπερ ἐρωμένους τινὰς ὠρικὰς ταύτας περιπτυσώμεθα, καὶ οἷα πατρίδων συνέκδημων τινῶν τούτων ὑπερμαχήσωμεν. λακωνίσατε συμπλεκόμενοι· ἅπας ἔστω Κυνέγειρος, εἰ καὶ μὴ νηὸς ἐπιβέβηκεν. οὐδὲν τοῦ διαδρᾶναι καθέστηκεν θη-

plura membra quam nobis, non duae animae, non corpora adamantina, et ipsi mortis initiati sunt sacris. in hoc certe iustitiam servat bellum, quod non immortales adversum mortales pugnatum mittit. Romani ius fasque pro praesidio asciverunt, rursus pacem desiderantes: Persae ius fasque ipsis contrarium armis oppugnandum susceperunt. semper enim pacificationem exosi, belli studium velut numen sibi propitium venerantur. non commentitiis sacris imbuti sumus, non deos adulterinos praesides nobis delegimus. non adoramus deum qui scutica caeditur: nec enim equum divinis honoribus colendum suffragiis constituimus. non concipimus preces deo qui in cineres redigitur, et modo ardet, paulo post nusquam apparet, haud sane fumo et lignis theologia nostra continetur. ipsa huiusmodi rerum tabefactio atque corruptio, quam falso divinitatis nomine honorentur, declarat. securissimus animi est barbarus: atqui aras impias scandens felicitas consistere nequit. iniustitia robur saepe validum nanciscitur, sed ad extremum languescit atque interit. quamobrem ita ut vestrae appellationi consentaneum est, ad certamen aggredimini, ne et res et nomen ipsum a fortitudine deductum perdamus. ne adiutrices peltas aliquando prodamus, sed ut amicas, aetate et forma florentes amplexemur, ac pro iis non secus quam pro peregrinationis nostrae a solo patrio comitibus dimicemus. Lacedaemoniorum exemplum vobis in acie proponite. unusquisque vestrum Cynegirus fiat,

λυκώτερον, οὐδὲ τοῦ ἄλῶναι πέφυκεν ἀπενκτότερον. οὐκοῦν ἢ  
 τεθνάναι προσήκει ἢ νικηφόρους τὰς ἐλπίδας τεκταίνεσθαι. ἐνο-  
 πριάσασθε τὰς νεοφύτους ἐπιστρατείας τοῦ Καίσαρος. οὐδὲν  
 ἀπόλεκτον τοῖς ἀθροίσμασιν ἐγκατέσπαρται, ἀκηλιδωτός ἐστιν  
 5 ἢ ἔκταξις· οὕτω γὰρ ἠυδόκησε τὸ τοῦ βασιλέως φιλότιμον.  
 χειρουργήσω τοίνυν ὁ δημηγόρος ἐγὼ πρῶτος τὸν πόλεμον. τὰς  
 πάντων χεῖρας τῇ προθυμίᾳ μισθώσομαι, παθεῖν τὸ μὴ παθεῖν P 81  
 ἀσχυρόμενος. προκόπτει δέ μοι τῶν ῥημάτων ἢ ἔφεσις, καὶ ἢ  
 πρᾶξις τῆς θεωρίας γίνεται πρόδρομος· οἷδε γὰρ ζέσις ψυχῆς  
 10 καὶ τοῖς τῆς φύσεως θερμοῖς ἀντιπύτεσθαι. σήμερον ὑμᾶς  
 στρατολογοῦσιν ἄγγελοι, καὶ τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς ἀναγρά-  
 φονται, οὐ μισθὸν ἰσοστάσιον αὐταῖς παρεχόμενοι, ἀλλ' εἰς τὸ  
 ἀπειροπλάσιον ὑπεραίροντες τῇ ὀλκῇ τοῦ δωρήματος. μηδεὶς  
 φιλήδονος τρυφῆς ὀργῶν μετεχέτω πολέμου· μηδεὶς μέγα φρο-  
 15 νῶν ἐπὶ κτήμασι κοινωνεῖτω τοῦ ἐγχειρήματος. ἐραστὺς κινδύ-  
 νων ζητεῖ τὸ μεταίχιμον. ἕγε δὴ, πέρας τοῖς λόγοις ἐπιθήσω-  
 μεν ἔργοις, καὶ πρὸς παράταξιν τὴν θεωρίαν μετοχετεύσωμεν."

14. Τῶν τοιούτων τοίνυν κατηχηθέντων ταῖς δυνάμεσι B  
 λόγων, ὀργῶσιν αἱ φάλαγγες πρὸς παράταξιν, καὶ πάντα πα- V 191  
 20 θεῖν ἀσμενίζουσι, καὶ προκινδυνεύειν τῆς ἀρετῆς παροτρύνον-  
 ται· συνδιετίθεντο γὰρ τὰς ψυχὰς ταῖς τοῦ στρατηγοῦ παραινέ-

quamvis, ut ille, navim non invadat. fuga nihil est effeminatius, ne-  
 que servitute quidquam aversandum magis. ergo restat ut aut morti  
 occumbere aut spem victoria solari oporteat. novas hasce Caesaris Tiberii  
 expeditiones ut in speculo contemplamini: nihil in iis non selectum  
 reperitur; sine labe est exercitus. sic etenim complacitum est novo im-  
 peratori, qui id sibi decori futurum existimavit. itaque ego orator ve-  
 ster, princeps praelium ciens, alacritate mea omnium manus quasi merce-  
 dē pacta ad pugnandum obligabo; et hoc ipsum pudori mihi ducam,  
 si patiar me non pati. plura dicendi desiderio provehor: sed me plura  
 cogitantem dicere actio ipsa antevertens vetat. fervor quippe animi  
 etiam ipsis naturae legibus imperare consuevit. hodie nos angeli in  
 suam militiam conscribunt, oppetentiumque animas in tabulas referunt,  
 non quidem ita praemium par ipsis rependentes, sed magnitudine doni ad  
 innumeros labores perferendos eas exsuscitantes. nemo cui voluptas  
 foeda cordi est, hastam quatiat; nemo deliciarum appetens belli sacris  
 intersit; nemo opibus superbus simul cum caeteris Martem capessat.  
 periculorum contemptores pugna quaerit. verum age, finem orationi fa-  
 ctis imponamus, et theoriam ad congressum dimicationemque transfe-  
 ramus."

14. Oratione hac in aures militum illapsa omnium animi ad certa-  
 men exardescunt, seseque ad quaevis exhaurienda cupidos atque ad  
 ostentandam in discrimine virtutem concitatos demonstrant, eo scilicet,  
 quo ducis cohortatio vocat, cogitationes et consilia sua accommodantes.

σει. τοῦ δὲ Μηδικοῦ ἀκηκόοτος τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀλκῆς τὴν προαίρεσιν, εὐθειίῃται πρὸς τὸν πόλεμον. καὶ κοσμεῖται μὲν ἵππος καπφαλάρους τε καὶ τοῖς θώραξι, σιδηροφορεῖται δὲ καὶ τὸ μάχιμον. ἐπιβάντες τε τῶν ἵππων συμπεφραγμένη τάξει τινὲ

- C ἐπήεσαν ἡρέμα Ῥωμαίοις μετὰ σοβαροῦ τοῦ βαδίσματος. τοῖνυν 5 καὶ τοῦ Ῥωμαϊκοῦ φραξαμένου ἤρθη τὰ σημεῖα. ἀτὰρ περιλαλοῦσιν αἱ σάλπιγγες, ἐς ἕψος ἢ κόνις ἐχόρευεν. ὁ δὲ θρούλλος διεχέιτο πελαγίζων τὸν χῶρον, καὶ τῷ ψόφῳ κυμαίνων τοῦ χρεμετίσματος τῇ τε δονήσει τῶν ὄπλων περιρροόμενος ἕπασαν εἰκότως φωνὴν μετέβαλλε πρὸς τὸ ἄναρθρον. τὸ μὲν οὖν βάρβαρον 10 ἐπὶ μήκους διατείνει τὴν τάξιν, φαντασίαν ἀπέρου πλήθους ἐν-
- D τεῦθεν οἰόμενον ταῖς ἀντιπαλαμωμέναις ποιεῖσθαι δυνάμεσιν· τὸ δὲ Ῥωμαϊκὸν βαθεῖαν τὴν σύνταξιν ποιησάμενον, πυκνότητι βρῖθουσαν, ὡς μόνον οὐχὶ δοκεῖν στερεμνίαν καὶ ἀντίτυπον σιδήρῳ πατταλευθεῖσαν καὶ ἀντικεχαλκευμένην ἐστάναι παράταξιν, 15 δίκην ἀνδριάντων ἀκινήτως ἐχόντων καὶ μόνον τοῖς σχήμασι δοκούντων πολέμων ὀρέγεσθαι, κατέπληττέ τε τῇ θεῇ τὸ βάρβαρον, ὡς ὑποσάινεσθαι διὰ τὴν ὄψιν ἐντεῦθεν τὰς τῶν Μήδων ψυχὰς πρὸς τὰ μαλθακώτερα τῆς ἀνανδρίας κινήματα. οἱ μὲν
- P 82 οὖν Βαβυλώνιοι κατὰ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀθροισμάτων ἐπετοξάζοντο, 20 ὡς τὰς ἡλιακὰς ἀποκρούπτειν ἀκτῖνας τῇ ἐκπομπῇ τῶν βελῶν, καὶ τῇ ῥαγδαίᾳ τῶν δονάκων ἐκχύσει τέγος ὑπόπτερον ἐν τῷ ὑπὲρ κεφαλῆς ἀέρι κατεστορέσθαι δοκεῖν, τῇ πτήσει τῶν ἀκοντίων σχεδιαζόμενον. Ῥωμαῖοι δὲ πρὸς τὴν κατασυστάδην συμπλοκὴν ἐνεχείρησαν, δόρασί τε καὶ ξίφεσι τὸ βάρβαρον ἀμυνόμενοι, τῆς 25

βάδισιν· οἱ δὲ Ῥωμαῖοι γνώμη τοῦ στρατηγοῦ κατὰ τῶν βαρβά- 10  
ρων τοῖς ἀκοντίοις ἐκέχρητο. οἱ δὲ Βούλγαροι πρέσβεις ἐξέπεμ-  
πον τὴν τε μάχην ἀποκηρυκεύοντες, καὶ παρήκουν Ῥωμαίοις τὴν  
εἰρήνην μὴ διαφθεῖρειν. ὁ δὲ τοῦ συντάγματος ἔξαρχος πρὸς  
B τὸν στρατηγὸν τοὺς πρέσβεις ἐξέπεμπεν, ἀπὸ σημείων ὀκτὼ πε-  
φυκότεα τοῦ χωρίου. καὶ οὖν ὁ Πέτρος τοὺς εἰρηναίους λόγους  
ἀποσεισάμενος τοῖς προθέουσι ἐδήλου φόνῳ μαχαίρας τοὺς βαρ- 15  
βάρους παραχρῆμα ὀλλύναι. οἱ μὲν οὖν Βούλγαροι πρὸς μάχην  
χεῖρας ἐνέμιξαν, καὶ λίαν ἥρωϊκῶς συνταξάμενοι εἰς φυγὴν ἀπο-  
κλῖναι Ῥωμαίους ἠνάγκασαν. τούτου δῆτα γεγονότος ὑπανα-  
χωροῦσι κατὰ μικρὸν καὶ οἱ βάρβαροι ἐντροπαλιζόμενοι, ὀλίγον  
C γόνυ γονὸς ἐπαμείβοντες, ἵνα καὶ τι τῆς Ὀμηρικῆς δέλτου τοῖς 20  
διηγῆμασιν ἀναμίξωμεν· ἐδεδίεσαν γὰρ μὴ πως ἐπίθετος δύνα-  
μις τοῖς ἡττηθεῖσι προσομιλήσασα αὐθις συσταίῃ πρὸς πόλεμον.  
ὁ μὲν οὖν Πέτρος διητυχηκῶς τοῦ βουλήματος, τὸν ταξίαρχον  
τῶν προθεόντων τῆς ἐοθῆτος γυμνώσας δουλοπρεπῶς ἐμαστί-

quodam involutus est. quando igitur coeptum ei in probrum et infamiam vertit, relicto oppido ultra pergere institit, diris eum oppidanorum maledictis prosequentibus.

4. Sexto die mille viros ad hostes explorandos legit, qui in mille Bulgaros praeter opinionem incurrunt. barbari tanquam pace inter Romanos et Chaganum composita securi nihilque solliciti porro gradiuntur; in quos Romani ducis sui voluntate tela coniciunt. Bulgari oratores mittunt, pugnam deprecantur, et de pace non dissuenda Romanos admonent. hos oratores dux barbaricus ad Romanum ducem ab eo loco passuum octo millibus absentem misit. Petrus verba de pace aversatus, Bulgaris exercitum praecurrentibus mox sese barbaros ferro perditurum significat. itaque Bulgari pro tempore ad conflictum instructi manus conserunt, et servatis admodum viriliter ordinibus Romanos in fugam compellunt, conversisque sensim recedunt, paulum genua alternantes, ut etiam de Homericis libris aliquid historiae nostrae admisceamus. formidabant etenim, ne forte, si fugientes premendo assequerentur, redintegrare praelium cogerentur. Petrus proposito suo lapsus, praecurrentium exploratorum suorum taxiarchum detractis vestibis servilem in modum

γωσε. παραγίνονται τοίνυν ἐπὶ τὸν Χαγαῖνον οἱ βάρβαροι, καὶ τὰ παρηκολουθηκότα παραγυμνοῦσιν αὐτῷ. ὁ μὲν οὖν βάρβαρος ὡς τὸν Πέτρον πρέσβεις ἐξέπεμπε, καὶ παρασπονδοῦντί πως αὐτῷ κατωειδίξεν. ὁ δὲ Πέτρος τοὺς πρέσβεις πιθανοῖς λόγοις D  
5 ἀπεβουκόλησε, καὶ ἄγνοιαν τοῦ σφάλματος προεφέρετο. δώροισι τοίνυν λαμποῦσι καὶ λαφύρων ζημίαις μετατίθησι τὸν βάρβαρον πρὸς εὐμένειαν.

Τετάρτη δὲ ἡμέρα, καὶ πλησίον γίνεται τοῦ γείτονος ποταμοῦ, καὶ εἴκοσι συλλεξάμενος ἄνδρας ἐπεπόμφει διαπεραιουῶ-  
10 σθαι τὸν ποταμὸν καὶ διανοῆσαι τὰ τῶν πολεμίων κινήματα. οἱ μὲν οὖν τὸν ποταμὸν διαπορθμευσάμενοι ἤλωσαν ἅπαντες. ὁ δὲ τρόπος τῆς ἀλώσεως οὗτος. εἴθισται τοῖς ἐπὶ κατασκοπῇ συνταττομένοις αἰεὶ τὰς νύκτας ποιῆσθαι τὴν βάδισιν, ἡμέρας δὲ λαμπουσίας ὑπνοῖς προσομιλεῖν. οὗτοι πολλὴν τῇ προτεραία  
15 διαπεποιηκότες πορείαν, εἶτα κεκοπιακότες ἐπὶ τοῖς σώμασιν, ὑπὸ τὸ λυκόφως εἰς ἀνάπαυλαν τρέπονται περὶ τινα πλησίον λόχμην. περὶ δὲ τὴν τρίτην ὥραν πάντων καθευδόντων, καὶ μὴ P 171  
ὑπόντος τοῦ διαφρουροῦντός τινος, γίνονται περὶ τὴν λόχμην οἱ βάρβαροι. ἀποβάντες τοίνυν οἱ Σιλαβηνοὶ τῶν ἵππων ἐνεχει-  
20 ρουν ψυχάζειν τοῖς τε ἵπποις ἀνακωχῆς μεταδιδόναι τινός. τοιγαροῦν ἐκ τοῦ παρήκοντος γίνονται οἱ Ῥωμαῖοι κατάφωροι. καὶ ζωορηθέντες οἱ δελλαιὶ ἀνητάζοντο διεξελθεῖν, ὅσα τοῖς Ῥωμαίοις βεβούληται. οἱ μὲν οὖν ἀπογνόντες τὴν σωτηρίαν διεξήεσαν ἅπαντα. ὁ δὲ Πειράγαστος (φύλαρχος δὲ οὗτος τῆς πλη-

#### 14. τὴν προτεραίαν IP.

flagris caedit. Chagano barbari, quae sibi evenerunt, coram edisserunt. ille Petro per legatos foederis violati crimen exprobrat. Petrus legatos verbis ad fidem faciendam compositis deludit, et delicti huius ignorantiam praetexit. quamobrem donis insignibus, et spoliis praeterea ultro in poenam restitutis, barbarum ad benevolentiam traducit.

Quarto die flumini vicinior Petrus viginti delectis negotium dat, ut illo traiecto hostium sensus et consilia odorari studeant. traiciunt, capiunturque omnes in hunc modum. constitutis exploratoribus noctu semper ambulare, die redeunte somnum capere mos est. hi quod nocte praeterita longa ambulatione corpora delassaverant, primo diluculo in propinqua virgultorum densitate quieti concedunt. tertiam circiter horam conspiciunt omnibus, ad virgulta illa Sclavi accedunt, ab equis descendunt, frigus in umbra captare et equis tantisper indutias dare instituunt. dum praetereunt, Romanos deprehendunt, miseros capiunt, et ab iis quid molirentur Romani expiscantur. capti salutem desperantes aperiant omnia. Piragastus, tribunus catervae barbaricae, cum suis ad transitum

θύος ἐκείνης τῶν βαρβάρων) τὰς δυνάμεις ἀναλαβὼν ἐπὶ τὰς τοῦ  
 ποταμοῦ διαβάσεις στρατοπεδεύεται, καὶ ταῖς ὕλαις ἐγκρύπτεται  
**B** οἷά τις ἐπιφυλλὶς ἀθεώρητος. (5) ὁ δὲ στρατηγὸς ὁ τοῦ αὐ-  
 τοκράτορος ἀδελφός, ἀπενδοκιμήσας ἐντεῦθεν πολεμίους ὑπεῖ-  
 ναι, κελεύει τὸν ποταμὸν διαπεριουῶσθαι τὸ στράτευμα. χιλίων 5  
 τοίνυν διαναηξαμένων τὸν ποταμὸν, ἅπαντας ἀναιροῦσιν οἱ βάρ-  
 βαροι. τοῦτο διεγνωκὼς ὁ στρατηγὸς κατεπέμψεν τὰ πλήθη μὴ  
 ἀνακερμάτιστον ἀλλὰ σύμφωνον ποιήσασθαι τὴν διάβασιν, ἵνα  
 μὴ κατ' ὀλίγον τὸν ποταμὸν περαιοῦμενοι παρανάλωμα τοῖς ἀν-  
**C** τιπάλοις γενήσωνται. οὕτω τοίνυν τῆς Ῥωμαϊκῆς κοσμηθείσης 10  
 συντάξεως, περὶ τὴν ὄχθην τοῦ ποταμοῦ οἱ βάρβαροι παρατά-  
 τονται. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι ἀπὸ τῶν πορθμιδίων τοὺς βαρβά-  
 ρους κατακοντίζονται, οἱ δὲ βάρβαροι τὰ πλήθη τῆς ἐκπομπῆς  
 τῶν βελῶν φέρειν ἀδυνατήσαντες ὄρσαν τὰς ὄχθας καταλιμ-  
 πάνουσιν. ἀναιρεῖται τοίνυν ὁ τούτων ταξίαρχος, ὃν Πειρά- 15  
 γαστον ὁ λόγος φθάσας ἐδίδαξε· βέλους γὰρ ἐπὶ τῆς λαγόνος  
 καταβληθέντος αὐτῷ, ἐν καιρῷ τε τῆς πληγῆς γεγονυίας, θά-  
**D** νατος αὐτῷ πραγματεύεται. καὶ οὖν πεπτωκός τοῦ Πειραγά-  
 στου τρέπεται πρὸς ἀποφυγὴν τὸ πολέμιον. γίνονται τοίνυν οἱ  
 Ῥωμαῖοι κύριοι τῆς ὄχθης τοῦ ποταμοῦ. εἶτα τὰ πλήθη τῶν 20  
 βαρβάρων περιβάλλοντες φόνῳ πολλῷ πρὸς ἀπόδρασιν χωρεῖν  
 αὐτοὺς κατηνάγκαζον. τὴν δὲ δίωξιν ἐς μακρὰν μὴ οἶοί τε ὄντες  
 ποιήσασθαι διὰ τὸ τῆς ἵππου χηρεύειν, πρὸς τὸν χάρακα ἐπανέ-  
 ζευξαν. γίνεται τοίνυν τῇ ὑστεραίᾳ μεγάλη πλάνη τοῖς ποδη-  
 γοῦσι τὸ στράτευμα, ὅθεν καὶ ἀνυδρία τῷ στρατοπέδῳ ἐνέσκηψε, 25

4. an ἐνταῦθα?

25. an forte ἐνέσκηψε. ἡμέρα δευτέρα, καὶ?

fluminis procedit, atque in proxima silva haud secus quam racemus sub  
 frondibus latet. (5) porro dux, imperatoris frater, haud ratus illic  
 hostes latitare, annum traicere suos iubet. mille traiciunt, quos ad  
 unum barbari interficiunt. id ubi dux sensit, dat operam sedulo ut non  
 palatim sed iunctim omnes simul traiciant, ne aliqui ab hostibus de-  
 leantur. sic igitur Romano agmine aggregato et adornato, ad ripam  
 barbari acie digesta consistunt. Romani e naviculis tela mittunt, quo-  
 rum multitudinem barbari cum defendere non possent, ripam deserunt,  
 caditque ipsorum dux, cui Piragasto nomen fuisse diximus: sagitta  
 quippe in eius ilia contorta, letale vulnus mors est consecuta. occiso  
 Piragasto hostes in fugam convertuntur. Romani ripam obtinentes et  
 in barbaros multa caede grassantes, caeteros item fugere cogunt. cum  
 autem fugientes longius insequi nequirent propterea quod equis care-  
 bant, ad vallum sese recipiunt. postridie multum de via aberrantibus  
 qui exercitui pedibus praebant, in loca inaquosa deveniunt, crescitque

καὶ τὰ τῆς συμφορᾶς ἐπετείνετο. οὐ φέροντος τοίνυν τοῦ ὀπλι-  
 τικοῦ τὴν σπάνιν τοῦ ὕδατος οὕρῳ παρεμυθοῦντο τὸ δίψος.  
 ἡμέρα δὲ τρίτη, καὶ τὸ κακὸν ἐμικύνετο. καὶ ἂν ἡ στρατιὰ  
 διόλωλεν ἅπανσα, εἰ μὴ βάρβαρός τις ἀλὸς τὸν Ἑλιβακίαν αὐ-  
 5 τοῖς ἐξέλεξε ποταμὸν, τέτταρας παρασάγγας ἀπέχοντα. οὕτω  
 μὲν οὖν οἱ Ῥωμαῖοι ἐξ ἑωθινοῦ περιτυγχάνουσι ὕδατι. τοίνυν  
 οἱ μὲν προκλιναντὲς πως τὰ γόνατα τοῖς χεῖλεσι τὸ ὕδωρ λα- P 172  
 φύττουσιν, οἱ δὲ ἐπικεκυφότες ταῖς χερσὶν ἠρύοντο ὕδατα, ἄλ-  
 λοι ἀπῆντλουν ταῖς ὑδρῖαις τὸ νῆμα. δασίος δὲ τέμπους ὑπόν-  
 10 τος εἰς τὸ ἀντιπέρας τοῦ ποταμοῦ, καὶ βαρβάρων ἐγκρηπτομέ-  
 νων αὐθι, γίνεται μεγίστη τοῖς Ῥωμαίοις ἐπήρεια· ἀκοντίοις  
 γὰρ ἔβαλλον τοὺς ὑδρευομένους οἱ βάρβαροι. οὐκοῦν ἐξ ἀπό-  
 πτου φόνος πολὺς ἐπεγίνετο. δυοῖν τοίνυν θάτερον ἦν ἐλέσθαι B  
 ἀνάγκη, τοῦ ὕδατος ἀπειπεῖν καὶ ἀπὸ τοῦ δίψους τὸν βίον ἀπο-  
 15 λιπεῖν, ἢ μετὰ τοῦ ὕδατος ὑπαντλεῖν καὶ τὸν θάνατον. ἀτὰρ  
 πορθμία οἱ Ῥωμαῖοι ναυπηγησάμενοι τὸν ποταμὸν διενήξαντο,  
 ὅπως κατάφωρον τὸ πολέμιον γένοιτο. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὸ ἀντι-  
 πέρας τὸ ὀπλιτικὸν παρεγένετο, ἀθρόον οἱ βάρβαροι ἐπιθέμενοι  
 τῶν Ῥωμαίων κρατοῦσιν. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι νενικημένοι πρὸς  
 20 φρυγὴν ἀποκλίνουσι. καταπολεμηθέντος τοίνυν ὑπὸ τῶν βαρβά-  
 ρων τοῦ Πέτρου Πρίσκος γίνεται στρατηγός, καὶ οὖν ἀποχειρο-  
 τονηθεὶς τῆς ἡγεμονίας ὁ Πέτρος εἰς Βυζάντιον ἦκεν.

6. Πρὸς τεττάρων τοίνυν τούτων ἐνιαυτῶν (πρὸς γὰρ τὰ C  
 πρεσβύτερα τῆς ἱστορίας αὐθις γινόμεθα) Ἰωάννης ὁ τὴν εἰς Βυ- V 257  
 25 ζάντιον ἐκκλησίαν ἰθύνων τὸν τῆδε βίον ἀπέλιπεν, ὃς διὰ τὸ κα-

semper calamitas. milites aqua se defici non sustinentes, urina sitim  
 consolantur. cum in diem tertium duraret augeturque miseria, per-  
 issent utique universi, ni barbarus quidam captus de Helibacia fluvio  
 quatuor parasangis distante illis indicasset. ita mane Romani aquam  
 inveniunt. tum alii inclinatis genibus proni ore avido hauriunt, alii se  
 incurvantes manu cava potum excipiunt, alii vasculis utuntur. et quia  
 ex adverso fluminis opacum nemus erat, in quo se barbari condiderant,  
 iterum Romani ope maxima invaduntur, iaculisque in aquantes immissis  
 non parva de improviso strages editur. e duobus igitur alterum oport-  
 tebat eligere, aut aqua penitus destitutos desperare et prae sitis magni-  
 tudine emori, aut una cum aqua etiam interitum haurire. veruntamen  
 scaphis compactis flumen tranant, quo hostes comprehenderent, ubi in  
 ulteriorem ripam venerunt, confestim barbari prosilientes Romanis supe-  
 riores evadunt: victi fugae se mandant. Petro a barbaris debellato  
 Priscus dux renuntiatur, et Petrus abrogata sibi functione Byzantium  
 revenit.

6. Ante quatuor hosce annos (rursum enim ad antiquiora revol-  
 vitur narratio) Ioannes ecclesiae Byzantinae praesul huius lucis usuram

ταφιλοσοφῆσαι λίαν τῶν ἡδονῶν τυραννῆσαι τε τῶν παθῶν αὐτοκράτορά τε τῆς κοιλίας γενέσθαι νηστευτῆς ὑπὸ τῶν Βυζαντιῶν κατωνομάζετο. λέγεται δὲ καὶ ὑπὸ Μαυρικίου τοῦ αὐτοκράτορος ἱκανὰ δανεισάμενον τάλαντα γραμματεῖον ἐκθέσθαι, τὴν τε οἰκείαν περιουσίαν ἐν ταῖς ὁμολογίαις τοῦ δανείσματος ὑποθέσθαι. ἐπεὶ δὲ μετῆρεν ὁ ἱερεὺς τῶν τῆδε, ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρικίος τὴν τοῦ ἱεράρχου οὐσίαν διερευνησάμενος εὗρίσκει τὸν ἄνδρα ἀχρηματίαν φιλοσοφῆσαντα, καὶ λίαν ἀγασθεὶς τὴν ἐς ἄκρον τοῦ ἱερέως δικαιοσύνην διέρορῆξε προῖκα τὸ πρὸ μικροῦ συνταγὴν γραμματεῖον. μηδὲν γὰρ τῷ ἱερεῖ ἕτερόν φασι τὸν βασιλέα εὐρεῖν ἢ σκίμποδα ξύλινον καὶ σισύραν ἐξ ἐρίου ἐς τὰ μάλιστα εὐτελεῖ φαιλώνην τε ἀκαλλῆ· δυσείμων γὰρ ἦν ὁ ἀνὴρ λιπότητι βίου καταλαμπόμενος. ταῦτα δῆπου, ταῦτα ἀντὶ πολλῶν ἀν χρημάτων καὶ λίθων Ἰνδικῶν ὁ αὐτοκράτωρ Μαυρικίος τιμησάμενος εἰς τὰ βασίλεια μετηγάγετο. ταῖς ἑαριναῖς τοιγαροῦν τῶν Χριστιανῶν νηστεύειν ἐναβρονόμενος, χαίρειν φράσας ταῖς χρυσταῖς καὶ λιθοκολλήτοις κλίταις, τοῖς τε νήμασι τῶν Σηρώων, ἐπὶ τοῦ ἱερέως ξυλλήνην σιβάδα ὁ βασιλεὺς κατεπαννυχίζετο, θείας τινὸς ἐντεῦθεν ὡσπερ οἴόμενος μεταλήψεσθαι χάριτος.

Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους οἱ περὶ τὴν Λιβύην Μαυροῦσσοιο διωμοσίαν κατὰ τῶν Ῥωμαίων ποιοῦνται. ἐπεὶ δὲ τὰ πλήθη συνέρρευσαν, ἐς μέγα φόβον οἱ Καρχηδόνιοι γίνονται. ὁ μὲν οὖν Γεννάδιος τὸ τηρικαῦτα Δέκαρ, οὐ στρατηγὸς ἐτόγχανεν

9. τὸ δεest IP.

12. ἦν] οὖν IP.

reddidit; qui quod voluptates egregie pessundaret et vitiosas animi motiones compesceret ventrique assiduum bellum faceret, ieiunator a Byzantiis cognomentum tulit. fertur quoque a Mauricio complura talenta mutuatus syngrapham illi dedisse, et rem familiarem pignori opposuisse. postquam die suo est perfunctus, Mauricius in eius facultates inquirens paupertatem consecratum invenit, ac magnopere singularem hierarchae sanctimoniam admiratus, syngrapham paulo ante conscriptam gratuito conscidit, nihil siquidem aliud invenisse aiunt praeter lectum ligneum et laneum stragulum nullius pretii ac deformem penulam: vili enim vestitu delectabatur vir frugalitate vitae conspicuus. atque ista, ista, inquam, grandi pecuniae et Indicis lapillis Mauricius anteponens, in palatium transfert, iisque glorians, vernis-Christianorum ieiuniis (in Quadragesima) aureos gemmatusque lectulos et stragula serica valere iubens, ligneo antistitis cubili totam noctem incubat, cum se divinam quandam gratiam inde percepturum arbitraretur.

Per idem tempus Mauri in Africa communiter contra Romanos iurarent. quibus copias cogentibus Carthaginenses in timorem non mediocrem adducti sunt. Gennadius itaque tum Decar, non praetor Li-

ὡν τῆς Λιβύης, τεθραμμένος ἀμυθῆτιω πλήθει τινὶ τὸν κατ' αὐ-  
 τοῦ συστάντα πόλεμον, δόλω τὸς βαρβάρους κατεπολεμήσατο.  
 ὑποκρινόμενος γὰρ πεποιῆσθαι ἅπαντα ὅσα περ οἱ βάρβαροι βού-  
 λονται, καὶ εἰς ἄνεσιν περιτρέψας τὸ βάρβαρον, εὐωχουμένοις  
 5 αὐτοῖς ἐπιτίθεται. τοῦ φόνου τοιγαροῦν γεγονότος πολλοῦ τῆς Β  
 τε λείας περιφανοῦς ὁ Καρχηδόνιος πόλεμος ἐλάμβανε τὴν διά-  
 λυσιν. οὕτω μὲν οὖν κατὰ τὴν Λιβύην εὖ καὶ μάλα κελῶς διε-  
 τίθετο τοῖς Ῥωμαίοις.

Ἐν ταύταις ταῖς ἡμέραις κομήτης ἐν τῷ ὑπεκκαύματι φαί-  
 10 νεται. περὶ τούτων τοιγαροῦν τῶν δοκούντων συνεστάναι ἀστέ-  
 ρων οἱ μὲν φιλόσοφοι πρὸς μετεωρολογικὰς καταφεύγουσιν ἀφορ-  
 μὰς, ὡς Σταγειρίται καὶ Πλάτωνες ἐν τῷ Ἑλικῶνι τῆς μνήμης  
 βίβλοις ἐναπεγράψαντο· ἀστρολόγοι δὲ καὶ ἱστοριογράφοι τινὲς  
 προαγόρευσιν ἔσομένων τινῶν λυπηρῶν ἀπεφήναντο. ἀλλ' ἡμεῖς  
 15 τοὺς περὶ τούτων λόγους τῇ ἀναβολῇ τῆς διηγήσεως χαρισάμενοι  
 πρὸς τὸν σκοπὸν ἐπιτοξάζεσθαι τὴν ἱστορίαν καταναγκάσωμεν.

7. Ἦρος ἀρχομένου καὶ ὁ Πρίσκος τοῦ Βυζαντινοῦ ἀπο-  
 φοιτῆ. εἶτα πρὸς τῇ Ἀστικῇ τὴς δυνάμεις συνήθροισε, τὸν τε  
 ἀριθμὸν τῆς δυνάμειος ἐξετάσας εἰρίσκει ὁ στρατηγὸς πολὺ τῶν  
 20 Ῥωμαίων πλήθος διαφθαρέν. πειρᾶται τοιγαροῦν ἐς Μαυρίκιον  
 τὸν αὐτοκράτορα κατὰδηλα τὰ τοῦ Πέτρου ποιήσασθαι σφάλ-  
 ματα. ὁμῶς ὑποπίθεται ὑπὸ συμβούλων τινῶν κρύψαι τὰ  
 πλημμελήματα. δέκα τοίνυν καὶ πέντε ποιησάμενος χάρακας, D  
 τὸν τε Ἴστρον διαπεραιωθεὶς ποταμὸν, τετάρτη ἡμέρα, καὶ εἰς  
 25 Νόβας τὰς ἄνω ὁ στρατηγὸς παραγίνεται. ὁ δὲ Χαγᾶνος τοῦτο

byae, cum exercitu numerosissimo bellum sibi intentari videret, dolo de  
 barbaris triumphum egit. simulans enim facta a se omnia quae illi vo-  
 luissent, dum feriis et epulationibus indulgent, eos appetit, multisque  
 occisis finem Carthaginensi bello memorabilem imponit. hunc in modum  
 res Romanae in Africa secunda admodum fortuna administrata est.

Per eosdem dies cometes ardere conspectus. in huiuscemodi astris,  
 ut videntur, philosophi ad causas meteorologicas confugiunt, quas Sta-  
 giritae et Platonες in Helicone libris ad memoriam commendaverunt.  
 astrologi autem historiarumque scriptores quidam rerum tristium habere  
 praesagium asseverant. verum nos huiusmodi disputationem narrationi  
 pertendendae condonantes, ad destinatum scopum historiam urgeamus.

7. Initio veris Priscus Byzantio discedit, copiisque in Astica con-  
 gregatis et recensitis magnum Romanorum numerum perisse deprehendit.  
 quare cum Petrum neglecti officii accusare apud imperatorem vellet, ta-  
 men monitis quorundam motus eius delicta dissimulanda existimavit.  
 quintis igitur et decimis castris, et Istro amne transmissis, quarto die  
 Nobas superiores venit. eo rescito Chaganus per legatos ex Prisco ad-

μεμαθηκῶς ὡς τὸν Πρίσκον πρέσβεις ἐξέπεμψε, τὴν τε αἰτίαν ἐξηρευνᾶτο μαθεῖν τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀγίξεως. ὁ δὲ στρατηγὸς τοὺς τόπους ἐφασκεν εὐφρεῖς ἐς κυνηγέσια πεφυκέναι, ἰππασίμους τε καὶ λίαν εὐύδρους. ὁ δὲ Χαγᾶνος ἐδήλου ἐπ' ἄλλοτρίας γῆς ἐπιβαίνειν Ῥωμαίους, παρυσπονδῆσαι τε Πρίσκον, καὶ ἀοράτως τὴν εἰρήνην ὑπ' αὐτοῦ περισχίζεσθαι. ἐφασκε τοίνυν ὁ

**P 174** Πρίσκος Ῥωμαϊκὸν ὑπεῖναι τὸ ἔδαφος, ὁ δὲ βάρβαρος ὅπλοις καὶ νόμοις πολέμων Ῥωμαίους ἀποκτήσασθαι τοῦτο. τοῦ τοίνυν Χαγᾶνου ζυγομαχοῦντος καὶ διαμφιβάλλοντος περὶ τούτων τῶν τόπων, φασὶ τὸν Πρίσκον τὴν ἐκ τῆς ἕω ἀπόδρασιν ὄνειδίσαι Χαγᾶνον.

Ἄλλ' ἐπεὶ περὶ τῶν Σκυθῶν τῶν πρὸς τῷ Καυκάσῳ τῶν τε πρὸς βορρῶν τετραμμένων μνήμην ἐποιησάμεθα, φέρε δὴ φέρε τὰ παρηκολουθηκότα κατὰ τούτους τοὺς χρόνους τοῖς μεγίστοις ἔθνεσι τούτοις ὥσπερ ἐμβόλιμά τινα διηγήματα τὴν ἰστο-

**B** ρίαν μεσολαβήσαντες παραθῶμεθα. Θέρους ἐνεστῶτος κατὰ τοῦτον δὴ τὸν ἐνιαυτὸν ὁ πρὸς τῇ ἕω ὑπὸ τῶν Τούρκων Χαγᾶνος ὑμνούμενος πρέσβεις ἐξέπεμψε Μαυρικίῳ τῷ αὐτοκράτορι, ἐπιστολὴν τε συντεταχῶς ἐπινίκια ἐνεχάραττεν ἐν αὐτῇ. ἡ δὲ τῆς ἐπιστολῆς ἐπιγραφή εἶχεν ἐπὶ λέξεως οὕτως "τῷ βασιλεῖ τῶν Ῥωμαίων ὁ Χαγᾶνος ὁ μέγας δεσπότης ἐπὶ γεινῶν καὶ κύριος κλιμάτων τῆς οἰκουμένης ἐπί." τῷ ὄντι γὰρ τὸν ἐθνάρχην τῶν Ἀβδελῶν (φημὶ δὴ τῶν λεγομένων Ἐφθαλιτῶν) καταπολεμήσας οὗτος αὐτὸς ὁ Χαγᾶνος ἐνίκησε, τὴν τε τοῦ ἔθνους ἀρχὴν

### 23. νεφθαλιτῶν IP.

ventus causam exquirat. respondet Priscus, quia loca illa ad venandum et equitandum natura accommodata sint et aquis abundant. Chaganus docet Romanos in regione aliena pedem ponere, et Priscum foedus transgredi occulteque pacem convellere. Priscus haec contra, Romanum esse solum. et barbarus, armis ac iure belli Romanos id amisisse. Chagano igitur rixante et super his locis disceptante, Priscum ei ex Oriente fugam obiecisse ferunt.

Sed quoniam de Scythiis ad Caucasum et Boream habitantibus mentio illata est, agendum, quae maximis hisce gentibus per haec tempora acciderunt, cursu historiae insititia quadam narratione interrupto prodamus. aestate huius anni appetente Chaganus in Oriente a Turcis celebratus legatos ad Mauricium imperatorem mittit, cum epistola, in qua de triumphis suis gloriatur. inscriptio ad verbum talis erat. "Imperatori Romanorum Chaganus magnus despota septem gentium et dominus septem mundi climatum." sane principem gentis Abdelarum, qui aliter Ephthalitae, bello hic Chaganus subegit, sibi que imperium illud



περιβάλετο. ἐπὶ τῇ νίκῃ τοίνυν εἰς μέγα ἄρθεις, καὶ τὸν Στεμ- C  
 βισχάδαυ σύμμαχον ποιησάμενος, τὸ τῶν Ἀβάρων ἔθνος κατε-  
 δουλώσατο. ἀλλὰ μὴ τις οἰέσθω παριστορεῖν ἡμᾶς κατὰ τού-  
 τους τοὺς χρόνους, Ἀβάρους εἶναι διανοούμενος τοὺς ἀνὰ τὴν  
 5 Εὐρώπην καὶ τὴν Παννονίαν προσοικοῦντας βαρβάρους, καὶ  
 τούτων τὴν ἄφιξιν πρεσβυτέρων γενέσθαι τῶν χρόνων Μαυρι-  
 κίου τοῦ αὐτοκράτορος. ψευδωνύμως γὰρ Ἀβάρων προσηγορίαν  
 οἱ περὶ τὸν Ἴστρον περιεβάλλοντο βάρβαροι· ὅθεν δὲ τὸ γένος αὐ-  
 τοῖς, ὅσον οὐπω εἰρήσεται. ἤττηθέντων γοῦν τῶν Ἀβάρων  
 10 (πρὸς γὰρ τὸν λόγον ἐπάνομεν) οἱ μὲν πρὸς τοὺς κατέχοντας τὴν  
 Ταυγᾶστ παραγίνονται. πόλις ἐπιφανής, τῶν τε λεγομένων D  
 Τούρκων ἀπώκισται χιλίοις πρὸς τοῖς πεντακοσίοις σημείοις·  
 αὐτὴ ὁμορος καθέστηκε τοῖς Ἰνδοῖς. οἱ δὲ περὶ τὴν Ταυγᾶστ  
 ἀδλιζόμενοι βάρβαροι ἔθνος ἀλκιμώτατον καὶ πολυανθρωπότατον,  
 15 καὶ τοῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἔθνεσι διὰ τὸ μέγεθος ἀπαράλλη-  
 λον. ἕτεροι τῶν Ἀβάρων ἐπὶ τὴν ἤτιαν πρὸς ταπεινοτέραν ἀπο-  
 κλίναντες τύχην παραγίνονται πρὸς τοὺς λεγομένους Μουκρί.  
 τοῦτο δὲ τὸ ἔθνος πλησιέστατον πέφυκε τῶν Ταυγᾶστ, ἀλκὴ δὲ  
 αὐτῷ πρὸς τὰς παρατάξεις πολλὴ διὰ τε τὰ ἐκ τῶν γυμνασίων  
 20 ὄσημέραι μελετήματα διὰ τε τὴν περὶ τοὺς κινδύνους τῆς ψυχῆς  
 ἐγκαρτέρησιν. ἐπιβαίνει τοίνυν καὶ ἕτερον ἐγχειρήσεως ὁ Χα-  
 γᾶνος, καὶ τοὺς Ὀγῶρ ἐχειρώσατο πάντας. ἔθνος δὲ τοῦτο  
 τῶν ἰσχυροτάτων καθέστηκεν διὰ τε τὴν πολυανδρίαν καὶ τὴν  
 πρὸς τὸν πόλεμον ἔνοπλον ἄσκησιν. οὗτοι δὲ πρὸς ταῖς ἀνατο-  
 25 λαῖς τὰς οἰκῆσεις ποιοῦνται, ἔνθα ὁ Τίλ διαρρεῖ ποταμός, ὃν

vindicavit. ea victoria inflatus, et Stembischada ad armorum societatem  
 adiuncto, Abarum quoque nationem in ditionem suam redegit. nolim au-  
 tem quemquam opinari me huius temporis res mala fide commemorare,  
 dum sentit Abaros esse barbaros illos, qui in Europa et Pannonia se-  
 des habent, eoque ante Mauricii tempora advenerunt. falso enim id  
 nomen barbari Istrum accolentes usurpant. unde porro et illis genus,  
 infra dicitur. ergo devictis a Chagano Abaris (sursum enim redeo) alii  
 eorum ad Taugastenses confugerunt (est autem Taugast Turcarum no-  
 bilis colonia, stadiis mille quingentis ab India distans, cuius indigenae  
 et strenuissimi et frequentissimi et praestantia quovis populo in orbe  
 terrarum superiores), alii propter amissam libertatem humiliorem sortiti  
 conditionem ad Mucritas qui dicuntur, Taugastensibus vicinissimos se  
 contulerunt, ad praelia ineunda tum propter quotidiana belli exercitia  
 tum propter tolerantiam in periculis eximio animorum robore praedita.  
 aggressus est et aliud facinus Chaganus, et Ogor gentem totam domuit.  
 fuit haec gens tum numero tum armorum exercitatione validissima. haec

Μέλανα Τούρκοις ἀποκαλεῖν ἔθος. οἱ δὲ τούτου τοῦ ἔθνους παλαιότατοι ἕξαρχοι Οὐάρ καὶ Χεουννὶ ὠνομάζοντο· ἐκ τούτων καὶ τινὰ τῶν ἔθνῶν ἐκείνων τὴν ὀνομασίαν ἐκληρώσαντο, Οὐάρ καὶ Χουννὶ ὀνομαζόμενα. (8) Ἰουστινιανοῦ τοίνυν τοῦ αὐτοκράτορος τὸ βασιλεῖον κράτος ἐπέχοντος ἐκ τούτων τῶν Οὐάρ καὶ Χουννὶ ὄληγη ἀποδράσασα μοῖρα τοῦ ἀρχηγόνου φύλου ἐκείνου ἐνδημῆε τῇ Εὐρώπῃ. οὗτοι Ἀβάρους ἑαυτοὺς ὀνομάσαντες τὸν ἡγεμόνα τῇ τοῦ Χαγάνου προσηγορίᾳ φαιδρύνουσι. ὅθεν αὐτοῖς ὁ τρόπος πρὸς μετὰθῆσιν ὀνομάτων ἐχώρησε, λέξωμεν τῆς ἀληθείας κατὰ μηδὲν ἀφιστάμενοι. Σαρσῆλτ καὶ Οὐννου-γούνοι καὶ Σαβίροι, Οὐννικά τε πρὸς τούτοις ἕτερα ἔθνη, ὀπηνικά τῶν Οὐάρ καὶ Χουννὶ ἔτι ἀπόμοιραν κατὰ τοὺς τόπους αὐτῶν ἀποδιδράσκουσαν ἐθεάσαντο, εἰς μέγιστον καταπίπτουσι φόβον, ὑποτοπάσαντες Ἀβάρους ὑπεῖναι τοὺς ἐνδημήσαντας. διὰ τοῦτο δάροις λαμπροῖς τοὺς φρυγάδας τιμήσαντες ἔδοξαν ἀντιλαμβάνειν παρ' αὐτῶν τὴν ἀβλάβειαν. οἱ τοίνυν Οὐάρ καὶ Χουννὶ ὡς εἶδον τὴν τῆς ἀποφυγῆς ἐπιδέξιον ἔναρξιν, τὴν πλάνην τῶν πρεσβευσαμένων οἰκωσάμενοι Ἀβάρους ἑαυτοὺς κατονόμασαν· λέγεται γὰρ ἐν τοῖς ἔθνεσι τοῖς Σκυθικοῖς τὸ τῶν Ἀβάρων ὑπεῖναι ἐντρεχέστατον φύλον. ἀμέλει τοι καὶ μέχρι τῶν χρόνων τῶν καθ' ἡμᾶς οἱ Ψευδάβαροι (λέγειν γὰρ οὕτως αὐτοῖς οἰκειότερον) ταῖς γενεαρχαῖς διήγησθαι, καὶ οἱ μὲν Οὐάρ ἀρχαιοπρεπῶς ὀνομάζονται, οἱ δὲ Χουννὶ προσαγορεύονται.

12. τῶν] τὸν IP.

in Oriente ad fluvium Til accolit, quem Turcae Nigrum appellare solent. eius vetustissimi principes Var et Cheunni vocabantur, a quibus etiam nonnullae illarum gentium adeptae sunt appellationem, ut Var et Chunni nominarentur. (8) Iustiniano porro Augusto imperium obtinente, ex hisce gentibus Var et Chunni exigua pars a primaevo genere illo profugiens in Europam se intulit, qui se Abares et principem suum Chaganum honoris causa nominarunt. qua vero occasione nomina commutarint, nihil a veritate abeuntes explicabimus. Sarselt et Unnuguni et Sabiri et insuper aliae gentes Hunnicae, postquam partem Var et Chunni ad loca sua confugientem viderunt, ingenti metu percussae sunt, quod advenas illos Abaros esse suspicarentur. quocirca securitati consultum cupientes, donis amplissimis eos coluerunt. Var itaque et Chunni, ut perfugium sibi feliciter evenisse animadverterunt, errorem sese honorantium non aspernati, Abares dici voluerunt. etenim inter gentes Scythicas ingenio omnibus antecellere Abares existimantur. nimirum etiam usque ad nostram aetatem Pseudabares (sic enim magis proprie appellari debent) generis origine distincti, alii Var, alii Chunni veteri

ἐπεὶ δὲ τὰ περὶ τῶν Ψευδαβάρων ὡς ἐν ἐπιτομῇ διεξήλθομεν, πρὸς τὰ συνεχῆ τῆς ἱστορίας τὴν ἔκθεσιν ποιησώμεθα. τοῦ τοίνυν Ὀγῶρ λίαν ἐγκρατῶς νενικημένον, τὸν τοῦ Κόλχ ἔθναρχην στόματι ῥομφαίας ὁ Χαγᾶνος παρέδωκεν. ἀναιροῦνται τοῖνυν ἐκ τούτου δῆτα τοῦ ἔθνους κατὰ τὸν πόλεμον μυριάδες τριάκοντα, ὡς ὁδὸν ἡμερῶν τεττάρων ἐπέχειν τὴν τῶν καταπεπτωκότων σωμάτων συνέχειαν. οὕτω δῆτα τῆς νίκης τῷ Χαγᾶνω μειδιώσης ἐπιφανῶς, συγκροτεῖται τοῖς Τούρκοις ἐμφύλιος πόλεμος. ἀνὴρ τις Τουρούμ ὀνομαζόμενος, πρὸς γένος καθεστῶς τῷ Χαγᾶνω, νεωτερίσας δυνάμεις μεγάλας συνήθροισεν. ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν μάχην τὰ τοῦ τετυρανηκότος ἦν ἐγκρατέστερα, προσβέβηται ὁ Χαγᾶνος πρὸς ἑτέρους τρεῖς μεγάλους Χαγᾶνους· ταῦτα δὲ τούτοις ὀνόματα, Σπαρζευγοῦν καὶ Κονναξολὰ καὶ Τουλδίχ. συναθροισθείσης τοίνυν τῆς ὅλης ἐκτάξεως εἰς τὸ Ἰκάρ (χῶρος δὲ οὗτος πεδίοις ἐνεληγμένους μεγάλοις), τῶν τε ἀντιθέτων κατὰ τοῦτον δῆτα τὸν τόπον ἐντιταξαμένων ἡρωϊκῶς, πίπτει ὁ τύραννος καὶ εἰς φυγὴν αἱ συμμαχοῦσαι δυνάμεις ἐξέκλιναν, καὶ πολλοῦ γενομένου τοῦ φόνου πάλιν κύριος τῆς ἑαυτοῦ ὁ Χαγᾶνος χώρας ἐγένετο. τούτων τῶν ἐπινικίων τὴν μῆνυσιν διὰ τῶν πρέσβειων ὁ Χαγᾶνος πρὸς τὸν αὐτοκράτορα Μαυρίκιον ἐπέποιήτο. τὸ δὲ Ἰκάρ τοῦ ὄρους τοῦ λεγομένου χρυσοῦ τετρακοσίοις σημείοις ἀπόικισται. τοῦτο δῆτα τὸ ὄρος ἐπὶ τὰς ἀνατολὰς ἔχει τὴν ἴδρυσιν, χρυσοῦν δὲ παρὰ τῶν ἐγχωρίων κατονομάζεται τοῦτο μὲν διὰ τὴν δαψίλειαν τῶν ἐν αὐτῷ φρυομένων καρπῶν, τοῦτο δὲ καὶ διὰ τὸ θρημμάτων καὶ νωτοφόρων ζώων

nomine dicuntur. quoniam ergo de Pseudabaris breviter disseruimus, quae de historia sequuntur, scribere persequamur. Ogor magna ope debellatis, Colch gentis principem Chaganus gladio sustulit. ex qua gente caesa bello trecenta millia, ut cadaverum continuata series dierum quatuor viam occuparet. hunc igitur in modum victoria Chagano insigniter arridente, civile inter Turcas bellum exarsit. vir quidam vocabulo Turum cum Chagano cognatione coniunctus, res novans, copias ingentes contraxit, collatisque cum eo signis superior discessit. Chaganus alios tres Chaganos sibi per legatos adiungit, quibus nomina propria fuerunt Sparzeugun, Cunaxolan, Tuldich. universis itaque copiis ad Icar, locum latis in campis situm, constitutis et instructis, adversariisque ibidem fortissime dimicantibus, tyrannus occumbit. eius agmen fugae se dat, et Chaganus magna cum caede ditionem in potestatem reducit. harum victoriarum laetitiam Chaganus Mauricio per legatos significavit. Icar vero a monte aureo, ut appellatur, quadringentis millibus abest. hic mons Orientem spectans partim ab ubertate et copia fructuum in eo provenientium, partim a pecudibus et iumentis, quibus est frequentissimus, apud indigenas aurei nomen invenit. est autem lege receptum apud

εἶναι κατάκομον. νόμος δὲ Τούρκοις τῷ κρατεστέρῳ Χαγᾶνῳ  
**B** τοῦ χρυσοῦ ὄρους παραχωρεῖν. δυσὶ δὲ μεγίστοις τισὶ τὸ Τούρ-  
 κων ἔθνος μεγαλαυχεῖ· φασὶ γὰρ ἄνωθεν αὐτοὺς καὶ ἐξ ἀρχῆς  
 μηδέποτε λοιμῶν ἐπιδημίαν θεάσασθαι, τῶν τε σεισμῶν σπάνιν  
 εἶναι κατ' ἐκείνην τὴν χώραν. τὴν δὲ Βακάθ ὑπὸ τῶν Οὐννου-  
 γούρων πάλαι ποτὲ πολισθεῖσαν καταπεσεῖν τοῖς σειμοῖς, τὴν  
 δὲ Σογδαηνὴν καὶ λοιμῶν καὶ σεισμῶν ἔμπειρον πεφυκέναι. τι-  
 μῶσι τοιγαροῦν οἱ Τοῦρκοι λίαν ἐκτόπως τὸ πῦρ, ἄερα δὲ καὶ  
**V** 260 ὕδωρ γεραίρουσιν· ὑμνοῦσι τὴν γῆν. πρόσκνυοῦσι δὲ μόνως καὶ  
**C** θεὸν ὀνομάζουσι τὸν πεποιηκότα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. τού-  
 τῳ θύουσιν ἵππους καὶ βόας καὶ πρόβατα, ἱερεῖς κεκτημένοι, οἱ  
 καὶ τὴν τῶν μελλόντων αὐτοῖς δοκοῦσιν ἐκτίθεσθαι προαγόρευ-  
 σιν. κατ' αὐτὸν τὸν χρόνον οἱ Ταρνιαχ καὶ οἱ Κοτζιγηροὶ (καὶ  
 οὔτοι δὲ ἐκ τῶν Οὐὰρ καὶ Χουννί) ἀπὸ τῶν Τούρκων ἀποδιδρά-  
 σκουσι, καὶ πρὸς τὴν Εὐρώπην γενόμενοι τοῖς περὶ τὸν Χαγᾶνον  
 τῶν Ἀβάρων συνάπτονται. λέγεται δὲ καὶ τοὺς Ζαβενδέρ ἐκ  
 τοῦ γένους πεφυκέναι τῶν Οὐὰρ καὶ Χουννί. ἡ δὲ γεγονυῖα  
 ἐπίθετος δύναμις τοῖς Ἀβάροις εἰς δέκα χιλιάδας ἠκρίβωτο.  
**D** (9) ὁ μὲν οὖν τῶν Τούρκων Χαγᾶνος τὸν ἐμφύλιον καταλυσά-  
 μενος πόλεμον εὐδαιμόνως ἐχειραγῶγει τὰ πράγματα, ποιεῖται  
 δὲ καὶ συνθήκας πρὸς τοὺς Ταυγᾶστ, ὅπως βαθεῖαν πάντοθεν  
 τὴν γαλήνην ἐμπορευόμενος ἀστασίαστον τὴν ἀρχὴν καταστήση-  
 ται. ὁ δὲ τῆς Ταυγᾶστ κλιματάρχης Ταῖσᾶν ὀνομάζεται, ὅπερ  
 υἱὸς θεοῦ ταῖς Ἑλληνικαῖς φωναῖς ἐνσημαίνεται. ἡ γὰρ ἀρχή

Turcas potentiori Chagano montem aureum cedere. caeterum duabus rebus, iisque maximis Turcarum gens gloriatur. aiunt enim iam inde a priscis temporibus et a principio nunquam pestilentiam eos invasisse, rarasque in ea regione terrae concussiones existere. Bacath ab Unnuguris olim aedificatam terra conquassata corruisse, Sogdianam vero et pestilentiam et terrae tremores experiri. Turcae admodum stolide ignem colunt, aëremque et aquam venerantur, telluri hymnos concinunt, adorant autem tantummodo et deum nuncupant, qui hanc rerum universitatem aedificavit. huic equos et boves et oves sacrificant; habentque sacerdotes, in quibus inesse vaticinandi facultatem arbitrantur. per idem tempus et Tarniach et Cotzageri (hi populi etiam ex Var et Chunni gentibus erant) a Turcis profugi Europam immigrant, et Abaribus Chagano subiectis se admiscunt. traditum est etiam Zabender ex Var et Chunni propagatos. qui ad Abaros accesserunt, eos ad decem millia fuisse plane compertum est. (9) Chaganus igitur civili bello finito rem felicibus auspiciis administrat, et cum Taugastensibus foedus percutit, ut tranquillitatem et pacem supremam undique nactus, principatum sibi omnis seditio- nis expertem efficeret. princeps autem in Taugast Taisan audit, quae vox Graeca lingua filium dei sonat. hoc regnum nullis intestinis discordiis

τῆς Ταυγάστ οὐ στασιάζεται· γένος γὰρ αὐτοῖς τὴν χειροτονίαν  
 τοῦ ἡγεμόνος παρέχεται. τούτῳ δὲ τῷ ἔθνει θρησκεία ἀγάλ-  
 ματα, νόμοι δὲ δίκαιοι, καὶ σωφροσύνης ἐμπλεως ὁ βίος αὐ-  
 τοῖς. ἔθνος δὲ τούτοις νόμον μιμούμενον, μηδέποτε κόσμῳ χρυ-  
 5 σῶ καλλωπίζεσθαι ἄρρενας, καίτοι ἀφθονίας πολλῆς ἀργύρου τε P 177  
 καὶ χρυσοῦ κύριοι καθεστῶτες διὰ τὰς μεγάλας, καὶ ἐπωφελεῖς  
 ἐμπορίας. ταύτην τὴν Ταυγάστ ποταμὸς διορίζει. πάλαι τοί-  
 νυν ποτὲ δύο μεγίστοις ἔθνεσιν ὁ ποταμὸς ἐμεσίτευεν, ἀντιθέτοις  
 ἀλλήλοις· ἐσθῆς δὲ τῷ μὲν ἐνὶ μέλαινα, τῷ δὲ ἐτέρῳ κοκκόβα-  
 10 φος. ἐν τοῖς χρόνοις τοίνυν τοῖς καθ' ἡμᾶς, Μαυρικίου τὰ  
 Ῥωμαίων σκῆπτρα ἐπέχοντος, καὶ τὸ ἔθνος τῶν μελινοφόρων  
 τοῖς τὴν ἐρυθρὰν περιβεβλημένοις ἐσθῆτα διαπεραιωσάμενον  
 τὸν ποταμὸν συνίστησι πόλεμον, εἴτα νενικηκὸς τῆς ὅλης ἡγεμο-  
 νίας γίνεται κύριον. ταύτην δὴ τὴν Ταυγάστ οἱ βάρβαροι λέ-  
 15 γουσι κτίσαι τὸν Μακεδόνα Ἀλέξανδρον, ὀπηνίκα τοὺς τε Βα- B  
 κτριανούς καὶ τὴν Σογδοιανὴν ἐδουλώσατο, δέκα καὶ δύο κατα-  
 φλέξας μυριάδας βαρβάρων. ἐν ταύτῃ τῇ πόλει τὰ τοῦ βασι-  
 λεύοντος γύναια ἐκ χρυσοῦ πεποιημένους ἔχουσι τὰς ἄρμαμάξας,  
 ἐλκομένην ἐκάστην ὑπὸ βοῖδίου ἐνός, κεκοσμημένα πολυτελεῶς  
 20 ἐκ χρυσοῦ καὶ λίθου μεγαθυμίου· εἰσὶ δὲ καὶ χαλινὸι τοῖς βοσπὶ C  
 χρυσοκόλλητοι. ὁ μὲν οὖν τὴν ἡγεμονίαν ἀνειληφὼς ἑπτακοσίοις  
 γυναῖξι κατεπαννυχίζετο, τὰ δὲ γύναια τῶν περιφανεστέρων τῆς  
 Ταυγάστ ἀργυραῖς κέχρηται ταῖς ἄρμαμάξαις. λόγος δὲ καὶ  
 ἐτέρων τὸν Ἀλέξανδρον δεῖμασθαι πόλιν, ἀπὸ σημείων ὀλίγων·  
 25 Χουβδὰν ὀνομάζουσι ταύτην οἱ βάρβαροι. τεθνηκότα δὲ τὸν C

agitur, propterea quod princeps illic a successione generis creatur.  
 statuas venerantur; iustus reguntur legibus; frugalitatem in omni vita  
 excolunt. consuetudo est apud eos, vim legis obtinens, ut mares ornatu  
 aureo in perpetuum abstineant, quanquam auro argentoque propter ma-  
 gnorum mercimoniorum commoditatem abundant. hanc urbem fluvius dis-  
 criminat, qui olim duos frequentissimos populos dissidentes dividebat, quo-  
 rum alter nigra, alter cocco tincta veste utebatur. nostris itaque tempori-  
 bus, Mauricio imperatore, nigram gestantes transmissio fluvio rubram  
 indutis bellum intulerunt, victoresque toto illo imperio potiti sunt. ur-  
 bem Taugast barbari memorant Alexandrum condidisse, quando Bactria-  
 nos et Sogdianam centum viginti barbarorum millibus igne consumptis  
 subiugavit. uxores regiae auro et lapillis pretiosissimis conspicuae cur-  
 ribus vehuntur aureis, quorum singuli a singulis iuvenis, frenis auro  
 et gemmis sumptuose exornatis trahuntur. princeps cum feminis septin-  
 gentis noctem exigit. nobilem coniugibus pilenta sunt argentea. fama  
 est Alexandrum aliam quoque urbem, non multis millibus distantem,  
 quam barbari Chubdan nominant, aedificasse. eius principem demor-

ἡγεμόνα ὑπὸ τῶν γυναιῶν πενθεῖσθαι διὰ παντὸς ἕξομένων μὲν τὰς κεφαλὰς καὶ μέλαιναν περιβαλλομένων ἑσθῆτα· καὶ νόμος αὐταῖς μηδέποτε τὸν τάφον ἀπολιπεῖν. ἡ δὲ Χουβδὰν δύο μεγάλους διελληπται ποταμοῖς, αἱ δὲ τούτων ὄχθαι ταῖς κνυαρίτοις ὡς ἔπος εἰπεῖν κατανεύονται. ἐλέφαντες δὲ τῷ ἔθνει πολλοί. 5 τοῖς δὲ Ἰνδοῖς κατὰ τὰς ἐμπορείας συναναμιγνύνται· τούτους γὰρ φασὶ τοὺς περὶ τὰ βόρεια τετραμμένους Ἰνδοὺς καὶ λευκοὺς πεφυκέναι. οἱ δὲ σκώληκες, ἕξ ὧν τὰ Σηρώων καθίστηκε νήματα, πάνν παρὰ τῷ τοιούτῳ ἔθνει πολλοὶ ἐναλλάξ καὶ ποικίλην τὴν χροιάν κεκτημένοι, τὴν τε περὶ τὰ τοιαῦτα ζῶα φιλοτεχνίαν φιλοτίμως ἀσκοῦσιν οἱ βάρβαροι. ἵνα δὲ μὴ ἕξω τῆς νύσσης τὴν ἱστορίαν παροδηγήσωμεν, μέχρι τούτων περὶ τῶν Σκυθῶν τῶν πρὸς τῇ Βακτριανῇ καὶ Σογδοανῇ καὶ τῷ μέλανι ποταμῷ.

**D**  
**V** 261  
**P** 178  
10. Δεκάτῃ δὲ ἡμέρᾳ (πρὸς γὰρ τὰ περὶ Πρίσκον παλινδρομήσομεν), καὶ ἄγγελοι εἰς τὸ τοῦ στρατηγοῦ σκηνοπήγιον γίνονται. ἀκηκοὶ τοίνυν ὁ Πρίσκος τὰ τεῖχη καταβαλεῖν τῆς Σιγγιδόνης τὸν βάρβαρον, καταναγκάζειν τε τοὺς λαοὺς τὰ οἴκοι καταλιπόντας εἰς τὴν πολεμίαν τὰς ἀποικίας ποιήσασθαι. καὶ οὖν ὁ Πρίσκος μηδὲν τῇ ἀναβολῇ ἀναθείς, τὸν ποταμὸν ναυτιλόμενος, εἰς Σιγγὰν τὴν νῆσον ἐλλιμενίζεται· αὕτη δὲ ἐπὶ τὸ ῥεῖθρον τοῦ Ἰστροῦ ἔχει τὴν ἴδρυσιν, ἀπόκισται δὲ Σιγγιδόνης τῆς πόλεως σημεῖα τριάκοντα. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος τῇ νήσῳ τὰς δυνάμεις περιβαλὼν, ταχυννατούσας ὀλκάδας παραστησάμενος, ὡς δρόμωνας εἰώθειν ὀνομάζειν τὸ πλῆθος, ἐπὶ τὰ Κωνσταντιόλα παραγίνεται. ἐν τούτοις δῆτα τοῖς χώροις ἐντετυχηκὰς τῷ

tuum uxores ipsius rasis capitibus et pullatae continenter lugent; neque per legem eius sepulcrum deserere unquam possunt. Chubdan duo latissimi amnes disterminant, quorum ripis cupressi, ut ita loquar, annuunt. multos habent elephantos, et cum Indis negotiantur. hos autem Indos in plaga Boreali habitantes albis corporibus esse praedicant. bombycum, unde fila Serica, magna et diversicolor apud eos copia; in quibus curandis barbari magnum et artificiosum studium praestare solent. verum ne historiam a meta proposita abducamus, hactenus de Scythiis ad Bactrianam, Sogdianam, et nigrum fluvium a nobis dictum esto.

10. Decimo die (nam ad Prisci res regrediemur) nuntii in eius tabernaculum afferuntur, barbarum Singidonis muros evertisse ac cives deserto lare in hostium regionem habitatum compellere. ille nihil cunctandum ratus per fluvium insulam in eo positam et a Singidone triginta milliaribus dissitam petit. ibi copiis expositis celocibus, quas vulgus dromones appellat, Constantiolum allabitur; quo in loco de Singidone

Χαγάνω εἰς λόγους γίνεται περὶ τῆς Σιγγιδόνης ὁ στρατηγὸς πρὸς B  
τὸν βάρβαρον. καὶ δῆτα ὁ βάρβαρος ἐπὶ τῆς ὄχθης τοῦ ποτα-  
μοῦ ἐφιζάνων τὰς ἀποκρίσεις παρείχετο, ὁ δὲ Πρίσκος ἐπιβεβη-  
κῶς τῆς ὀλκάδος τῆς ἐντεύξεως εἶχετο. φασὶ τοιγαροῦν τῆς δια-  
5 λέξεως τὸν Χαγᾶνον ἀπάρξασθαι, εἰπεῖν δὲ τῷ Πρίσκῳ “τί  
ὑμῖν, ὦ Ῥωμαῖοι, καὶ τῇ γῆ τῇ ἐμῇ; τί περαιτέρω τοῦ πρέ-  
ποντος πόδας ἐκτείνετε; ξένος ὁ Ἴστρος ὑμῖν, τὸ ῥόδιον τούτου  
πολέμιον. ὅπλοις ἐκτησάμεθα τοῦτον· τῷ δόρατι τοῦτον ἐδου-  
λωσάμεθα. ἄπαγε τῆς ἀτοπίας, ὦ Πρίσκει. μὴ διαλύσης C  
10 ἡσυχίαν δώροις ὑμῖν πραγματευθεῖσαν πολλοῖς. αἰδέσθητι τὰς  
σπονδίας, δυσωπήθητι τὴν τῶν ὄρκων ἀσφάλειαν. ἡγεσθω  
εὐβουλία τῆς ἐγχειρήσεως, τὸ συνοῖσον τῆς ἐπιβολῆς τῶν πραγμά-  
των. μὴ μετὰ τὸ παθεῖν βουλευσώμεθα. πρὸ τῆς ἐπιβολῆς  
ἢ βουλή. ἀδικεῖς τῇ προπετεῖα τὰ πράγματα. τὸν κακῶς βου-  
15 λευσάμενον πρῶτον ἢ ἐγχειρήσεις ἔβλαψε. κλέπτεις τὸν πόλεμον,  
στρατηγέ. εἰρήνην ἐνόθευσας καὶ παράταξιν, ὡς φίλος σπεν-  
δόμενος καὶ ὡς ἐχθρὸς συμπλεκόμενος. ἢ θάτερον τοίνυν ἀπό-  
λειπε, ἢ τὴν ἡρεμίαν μὴ τάραττε.” ἔφησε δὲ καὶ ταῦτα ὁ βάρ-  
βαρος ἐπὶ λέξεως. “κρίναι ὁ θεὸς ἀνὰ μέσον Χαγάνου καὶ ἀνὰ  
0 μέσον Μανρικίου τοῦ αὐτοκράτορος. ἢ παρὰ τοῦ θεοῦ ποτὲ  
ἐκζητήσοι ἀντίδοσις.” λόγος δὲ Πρίσκον ἐν ἀντιθέσεως μοίρα  
ταῦτα προσειπεῖν τῷ Χαγάνῳ. (11) “ἀδικεῖς Σιγγιδόνα τὴν D  
πόλιν, ὦ ἄνθρωπε. τί τὰ τεῖχη καθελὼν πρὸς ἀποικίας αὐτὴν  
δυστυχεῖς; ἐπιτείνεις τυραννῶν ὡς ἀδικούμενος. ἐπηρεάζεσθαι

cum Chagano super ripa fluminis considente in colloquium venit: Priscus e navi verba faciebat. aiunt igitur Chaganum priorem his dictis Priscum compellasse. “quid vobis, Romani, cum provincia mea? quid ultra quam fas pedem profertis? Ister vobis externus, eius unda hostilis est. armis hunc acquisivimus; hastis hunc subegimus. apage cum facinore istoc tam iniquo, Prisce: ne quietem, quam vobis tot dona in nos perfecta pepererunt, disturba. reverere foedus, reverere cautionem sacramenti. bonum consilium audendi impetum et futura utilitas aggressionem negotii antecedit. ne post malum adeptum consultemus. priusquam incipias, deliberato opus est. praecipiti ista temeritate te ipse laedis. qui male consuluit, ei primo coepta nocent. insidiose et fraudulenter bellum geris, o dux. pacem et conflictum sustulisti, dum foedus facis ut amicus, et oppugnans tamen ut hostis. aut alterum igitur horum desere, foedus, inquam, et aperte arma infer: aut quietem ne turba.” insuper haec ad verbum effatus est. “iudicet deus inter Chaganum et imperatorem Mauricum, et is aliquando retribuat.” tum Priscum Chagano huiusmodi responsum reddidisse accepimus. (11) “heus tu, iniuria Singidonem laedis. quid moenibus eius destructis cives transmigratione im-

ὑπὸ Ῥωμαίων περιθρυλλεῖς. ἕασον ἡρεμεῖν λαὸν δυστυχήσαντα. ἀπόσχου πόλεως, ἧ συμφορῶν περικυμαιίνουσι κλίδωνες. ἐλέησον τὴν πολλὰκις ὑπὸ σοῦ πορθηθεῖσαν. ἐπίθες τῇ πλεονεξίᾳ καὶ ὄρους· ποιήσον αὐτῇ καὶ μεταίχμιον. δίδαξον αὐτὴν φιλο-

- P 179 σοφῆσαι τὸ μέτρον. μέχρι τινὸς σταθήσεσθαι πρόσταξον. οἶμαι πολλοὺς κόσμους αὐτῇ μὴ ἔξαρχεῖν πρὸς τὴν ἔφεσιν. ἀόριστον βούλημα οὐ λαμβάνει κράτος ἀσάλευτον. οὐδὲν ἀκόρεστον πάγιον. τὸ μὴ μέτρῳ ταλαντευόμενον οὐδὲ σφετεριζέσθαι πέφυκεν. ἀνεπίκτητόν ἐστι τὸ ἄπειρον. καταστασιάζεται τὸ ἀσύμφορον. ἐπίθου κρηπίδα τῷ ἔρωτι, μεθόδεσον τῷ κόρῳ τὸ ἄσχετον. ἄπληστος ὀφθαλμὸς αἰεὶ τι καινὸν νοσηλεύεται. ἀντιμετρεῖται τοῖς ἀνθρώποις τὰ πράγματα τὰ τῆς τύχης, ἀντηχεῖται τῶν τροπαῖς. οὐδὲν εὐδαιμονίας καθέστηκεν ἡρεστικώτερον. ἡ
- B νίκη κομῆ τῷ πτερῷ, καὶ θριάμβων ὀλισθάνουσι πόδες. οὐκ ἔστι τροπαίων φύσις ἀθάνατος. σήμερον ἐπιγελῶσαν τὴν ἡμέραν ὄρῃς ῥοδοειδῆ τε καὶ κροκινίζουσαν καὶ ὄλην ὡς ἔπος εἰπεῖν
- V 262 φωτεινὴν καὶ διαλάμπουσαν. αὐριον ὄψη ταύτην αὐτὴν σκυθρωπὸν ὁμοῦ καὶ δυσείμονα, ἀγλύϊ καταρδευομένην πολλῇ, καὶ ἀπὸ συστημάτων νεφῶν μελαινομένην συλλήβδην εἰπεῖν πρὸς ἀπρέπειαν.”

Θυμῷ τοιγαροῦν διακόψας ὁ Χαγᾶνος τὰ ῥήματα, πολλὰς καθαιρήσειν προσηπέλησε πόλεις. ὁ μὲν οὖν βάρβαρος τὴν καθέδραν ἀπολιπὼν πρὸς τὴν ἑαυτοῦ σκηνὴν ἐπανέξευξεν· ὁ δὲ

peranda afflictas? quasi iniuriam acceperis, ita saevis. a Romanis te violenter invadi rumorem spargis. sine vexatum abs te populum respirare. abstine ab urbe, quam calamitatum fluctus inundant. miserere illius, quam toties ipse depopulatus es. praescribe modum avaritiae. fac in medio aliquid relinquat. doce illam mediocritatem. iube aliquoque progressam consistere. equidem plures mundos aviditati tuae non puto sufficere. voluntas infinite cupida stabile imperium non adipiscitur. nihil inexplebile fixum ac firmum est. quod ad mensuram non exigitur, nec proprium effici solet. acquiri quod immensum est non potest. non congruentia discordiis semper obnoxia sunt. adde metas cupidini; satietate insatiabilitatem persequere. oculi nunquam explentur: semper novi aliquid, ut morosus aegrotus, concupiscunt. fortuna hominibus facta remittitur, et mutationibus contra respondet. felicitate nihil fluxum magis. victoria est pennatissima, et labiles triumphorum pedes. non est sempiterna tropaeorum conditio. hunc diem ridentem, roseaque et crocea pulcritudine iucundum, totumque (ut verbo dicam) lucidum ac splendidum aspicias. cras alium, tristem simul et deformi habitu, nebula multa circumfusum et nubium multitudine, ut summatim dicam, foede atratum videbis.”

Hic Chaganus ira stimulatus dicentem interpellans, multas adhuc urbes sese eversurum minatur; relictaque ripa ubi sedebat, in taberna-



Πρίσκος τὸν Γουδοῦϊν μετάκλητον ποιησάμενος, καὶ Ῥωμαϊκῇ  
 τοῦτον περιφράξας δυνάμει, τῇ Σιγγιδόνι βοηθεῖν ἐγκειλεύεται. C  
 ἀτὰρ ὁ Γουδοῦϊς ἐπὶ τὴν Σιγγιδόνα ναυτίλλεται· τὴν γὰρ Σιγγιδόνα  
 δύο ποταμοὶ ἀγκαλιζονται, ὃ τε Σάος καὶ Δράος. ἐπεὶ δὲ οἱ  
 5 περὶ τὴν Σιγγιδόνα βάρβαροι Ῥωμαϊκὰς δυνάμεις ναυπηγησαμέ-  
 νας κατείδον, τὰς ἀμάξας πρὸ τοῦ ἄστεος συστησάμενοι χαρα-  
 κοῦσι τὴν πόλιν. τὴν τοίνυν τῶν Ῥωμαίων ὁρμὴν μὴ ὑπομεμε-  
 νηκότες οἱ βάρβαροι, ἕμα δὲ καὶ τὸν λαὸν τῆς πόλεως ὀρρωδή-  
 σαντες, εἰς φυγὴν ἀποκλίνουσιν. οὕτω μὲν οὖν ὁ Πρίσκος ἀτυ-  
 10 χῶντα λαὸν διεσώσατο. δευτέρῃ δὲ ἡμέρῃ περιβάλλουσι τείχη  
 τῆς πόλει. ὁ δὲ Χαγᾶνος ἐπὶ τούτοις παρεδρομύττειτο, τὴν τε  
 καρδίαν σφακελιζόμενος ἀγγέλους πρὸς τὸν Πρίσκον ἐξέπεμπεν,  
 ἐς τὸ φανερὸν τὰς σπονδὰς διαλύων. δεκάτῃ δὲ ἡμέρῃ, καὶ  
 τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις συναθροίσας ὁ βάρβαρος ἐπὶ τὸν Ἰόνιον  
 15 κόλπον στρατεύει τὴν σάλπιγγα. (12) περὶ τούτους τοὺς τό- D  
 πους ἡ Δαλματία χώρα καθίστηκε. τοίνυν ἱκανοὺς χάρακας ὁ  
 βάρβαρος ποιησάμενος εἰς τὰς λεγομένας Βάγκεις ἐχώρησε, καὶ  
 δὴ παραστησάμενος τὴν πόλιν τοῖς μηχανήμασι τεσσαράκοντα  
 ἐξεπόρθησε φρούρια. ὁ δὲ στρατηγὸς τούτων διακηκοὺς τῶν P 180  
 20 δεινῶν δισχιλίοις μαχίμοις ὀπλίξει τὸν Γουδοῦϊν, ἐπὶ κατασκοπῇ  
 τε τῶν πραιτομένων τοῦτον ἐξέπεμπεν. ὁ μὲν οὖν Γουδοῦϊς  
 ἀναλαβὼν τοῦ ὀπλιτικοῦ τοὺς λογάδας τῆς ὁδοιπορίας ἀπήρχετο.  
 ἐκκλίνει τοιγαροῦν τὰς λεωφόρους ὁ Γουδοῦϊς, καὶ διὰ δυσχωρίας  
 ἀγνώστων τε ἀτραπῶν τὴν βιάδιον ἐπεποίητο, ἵνα μὴ που πολε-  
 25 μίας ὄψεως ἐπιφανείσης αὐτῷ ἐπισυρομένης πλήθῃ βαρβάρων

culum suum revertitur. Priscus Guduin accersitum sumptis copiis Sing-  
 gidoni succurrere iubet. Guduis Singidonem, duobus fluminibus Sao et  
 Drao cinctam, navigat. barbari ut Romanos navibus compactis adnavigare  
 conspexerunt, currus ante oppidum pro munimento seu vallo obii-  
 ciunt. verum eorum impetum non sustinentes, simul etiam incolas in-  
 tuentes, in fugam se conferunt. ita Priscus populum miseriis circum-  
 ventum conservavit. altero die muros circum urbem reaedificant. quod  
 acerbe ferens, et tabescens animo Chaganus, missis ad Priscum nuntiis  
 foedus palam renuntiat, ac luce decima coacto exercitu suo in sinum  
 Ionium ducit. (12) prope hosce locos posita est Dalmatia regio. mul-  
 tis igitur castris barbarus Banges, ut dicuntur, venit, oppidoque operi-  
 bus admotis in potestatem accepto quadraginta insuper castella vastavit.  
 quae calamitas ubi ad aures ducis accidit, Guduin cum duobus armato-  
 rum millibus ad res lustrandas mittit. is cum delectis iter agit, ac viam  
 regiam declinans, per loca difficilia semitasque incognitas graditur, nec  
 ubi hostili facie multorum barbarorum obviam in extremum discrimen la-

- B** εἰς τοῦσχατον κακὸν παρῶγένηται. καὶ οὖν γενόμενος τῶν βαρβάρων πλησίον ὄρᾳ ἐξ ἀπόπτου τινὸς περισκοπῆς πλήθῃ λαῶν παροδεύοντα. ἀποστείλας τοίνυν πεζοὺς ἄνδρας τριάκοντα παρακελεύεται ἰγνηλατεῖν τὸ πολέμιον. καὶ γοῦν οἱ Ῥωμαῖοι διὰ τινων παρεκτειραμμένων ὁδῶν ἐποιῶντο τὴν βᾶδισιν. ὑπὸ δευτέραν τοιγαροῦν φυλακὴν τῆς νυκτὸς ἔλλογῶσιν ὡς ἐν παραβύστῳ τινὶ τὸ βάρβαρον ἀνιχνεύοντες. ἐν ταῖς ὕλαις τοιγαροῦν ἀποκρουπτόμενοι, καὶ τῆς νυκτὸς ἐπὶ τὰ μέσα παροδευούσης σημεῖα, ψυχῆς ἀρετῆ ἐφίστανται τοῖς βαρβάροις οἱ Ῥωμαῖοι καθέδουσι.
- C** ἀπὸ σημείων δὲ δύο περιτυχόντες ἀνδράσι τρισὶ κραιπαλῶσι καὶ λίαν πεφυκόσιν ἔξοινοῖς, τούτους ζωγρήσαντες, ὡς οἶόν τε ἦν ἀνετάσαντες τὰς τῶν πολέμιων ἐπιβουλὰς ἀπάσας διέγνωσαν. οἱ μὲν οὖν Ῥωμαῖοι δεσμοῖς περιβαλόντες αὐτοὺς τῷ Γουδοῦι ζῶντας ἐξέπεμψαν. Γουδοῦις δὲ ὁ ταξίαρχος μεμαθηκὸς ἀπ' αὐτῶν δισχιλίους ἀνδράσιν ὀπλίταις ἐπὶ φρουρᾷ τῆς λείας τὸν Χαγᾶνον συμφράξασθαι, ἤσθη ἐπὶ τῇ ἀγγελίᾳ.
- D** καὶ οὖν ἀποκρούπτεται ἐν τινὶ φάραγγι. οἱ μὲν οὖν βάρβαροι λαμπούσης ἡμέρας τὴν προνομὴν διεσώζοντο, ὁ δὲ Γουδοῦις ἐπὶ τὰ νῶτα τούτων γενόμενος ἀθρόως τε ἐπιθέμενος τῷ δόρατι πάντας διέφθαρεν, καὶ ἀνασωσάμενος τὴν λείαν πρὸς τὸν Πρίσκον μεγαλοψύχῳ φρονήματι διεκόμισεν. ὁ δὲ Χαγᾶνος ταῦτα δὴ τὰ τῆς ἀποτεύξεως μεμαθηκὸς ἀθυρία πολλῇ κατέβέβλητο.
- V 263** ἐπὶ μῆνας τοιγαροῦν ὀκτωκαίδεκα καὶ περαιτέρῳ Ῥωμαίοις τε καὶ βαρβάροις τοῖς ἀνὰ τὸν Ἰστρον ἀλιζομένοις οὐδὲν ἄξιον συγγραφῆς διαπέπρακται.
- Ἔτους δὲ ἑνεακαίδεκάτου ἐπιστάντος τῷ αὐτοκράτορι

beretur. factus igitur barbaris propior, ex alta quadam specula globum praetereuntem videt. mox triginta mittit, qui eorum vestigia observent. per devia igitur Romani iter carpunt, ac sub secundam vigiliam noctis, quasi in latebris quibusdam barbaros indagarent, in silva per insidias sese condunt; mediaque nocte, virtute duce dormientes opprimunt. duabus inde leucis in tres crapula et vino graves admodum incidentes, captos, quantum possunt, examinant, omnia hostium molimina exprimunt, manicas iniiciunt, Gundui vivos mittunt. Gunduis taxiarchus ubi Chaganum ad praedam custodiendam duo millia constituisse ab eis didicit, nuntio laetus se in valle quadam occultat. barbari mane praedam asservabant, cum Guduis a tergo confertim invadens omnes interimit, praedamque receptam ad Priscum gloriabundus transmittit. Chaganus cognito adverso casu tristitia multa obruitur. ad menses igitur decem et octo, atque etiam amplius, Romanis ac barbaris apud Istrum versantibus nihil scriptione dignum est actum.

Anno decimo nono imperatori futura praenuntiantur, et communis

ἢ τῶν μελλόντων προαγόρευσις γίνεται, τὰ τε κοινὰ τοῦ κόσμου ἔξομολογοῦνται παθήματα· ἀνὴρ γάρ τις πρὸς τὸν τῆδε κόσμον διαλυσάμενος καὶ ἐν ἀσκήσει θεωρίαν τῶν ἀπορήτων μετεληφώς ἐπὶ τε τὸν μονήρη βίον κατακλιθεὶς, σπάθην 5 γυμνώσας, ἀπὸ τοῦ λεγομένου φόρου (τῶν ἐπισήμων δὲ οὗτος τόπος τῆς πόλεως) μέχρι τῶν προαυλίων τῶν ἀνακτόρων ξιγήρης διαδραμῶν, ἅμα τὸν αὐτοκράτορα τοῖς παισὶν ἐν φόνῳ μαχαίρας τεθνήξασθαι προηγόρευεν. ὥρα δὲ θέρους καὶ λόγος Ἡρωδιανὸν τῷ Μαυρικίῳ ἐς τὸ φανερὸν προσαναγγεῖλαι τὰ ἀπο- 10 τεύγματα· ὁ δὲ ἀνὴρ ἐκ τῆς θείας ὁμηφῆς κατισχυρίζετο τὰ τῆς προρηφείας ἐπιφανῆσαι αὐτῷ.

13. Καὶ γοῦν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ ὁ παρὰ τοῖς Ἀβάροις P 181 Χαγᾶνος τιμώμενος, τὰ περὶ αὐτὸν συλλεξάμενος πλήθη, περὶ τὴν Θρακικὴν Μυσίαν χωρεῖ, εἶτα Τομέα τῇ πόλει ἐφίσταται. 5 τούτων ὁ Πρίσκος πωθόμενος ἐπηρεαζομένη τῇ πόλει προσομιλεῖ. Ῥωμαῖοι τοιγαροῦν καὶ οἱ βάρβαροι εἰς τὰ περὶ Τομέαν τὴν πόλιν στρατοπεδεύοντες ὥρας ἐπιγινομένης χειμῶνος οὐδαμῶς τὸν χάρακα διελύσαντο. τοῦ δὲ ἥρος ἀνίσχοντος λιμὸς τοῖς Ῥωμαίοις ἐνέσκηψε. μελλούσης δὲ ἐπιβήσασθαι τῆς μεγάλης τῶν Χριστιανῶν 10 ἑορτῆς, καὶ πάθος ὁμοῦ καὶ ἀνάστασιν τοῦ σωτήρος ἑορτά- B ζειν θεοῦ, τοῦ τε λιμοῦ τοὺς Ῥωμαίους καταπιέζοντος, παραδόξῳ προνοίᾳ τινὶ ὁ Χαγᾶνος πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πρεσβεύεται. ἢ δὲ ἀξιώσις ἦν λύσιν τῷ λιμῷ ἐπιθεῖναι. ὁ μὲν οὖν Πρίσκος ἐπὶ τῷ καινοπραπεῖ τῆς ἀξιώσεως διηπόρει τε καὶ ἠπίσται· ἐπεὶ δὲ 15 πίστις Ῥωμαῖοι τε καὶ βάρβαροι ἔδυσαν καὶ ἀντελάμβανον, πεν-

mundi calamitas palam profertur. nam vir quidam, qui rebus vitae huius valedixerat, et monasticum institutum sectatus exercitatione contemplationis arcana didicerat, gladium vagina vacuum prae se ferens, et a foro quod dicitur (est autem hic urbis locus illustris) usque ad vestibulum palatii currens, Mauricium ipsum liberosque eius gladio caesum iri vaticinatur. aestate item Herodianum quendam, qui se id divinitus accepisse affirmabat, eidem Mauricio publice exitium praedixisse vulgatum est.

13. Per hoc tempus Chaganus Abaris honoratus copias suas colligit, et ad Moesiae Thraciam iter intendit, deinde Tomeam aggreditur. quod ubi Priscus rescivit, urbi afflictæ cum auxilio adest. Romani igitur barbarique ad Tomeam castra habentes, quanquam hieme interveniente, perseverant. vere appetente Romanos fames occupat. cumque Christianis solennia mortis et resurrectionis domini salvatoris in foribus essent, Romanique commeatus inopia premerentur, inexpectata quadam providentia, Chaganus legatione missa significat, si eis placeat, velle se eorum famem depellere. Priscus petitionis novitate anceps haerere ac diffidere. postquam vero inter utrosque data et accepta est fides,

Θημέρους σπονδὰς συστησάμενοι τὴν ἀφοβλίαν ἐπρουγματεύοντο. ἀμάξας τοιγαροῦν ὁ Χαγᾶνος ἐπισιτισμοῦ λιμώττουσι τοῖς Ῥωμαίοις παρείχετο. διὰ τοῦτο μέχρι τῶν χρόνων τῶν καθ' ἡμᾶς τῶν παραδοξολογούμενων τὰ τῆς βαρβαρικῆς φιλανθρωπίας ταύτης καθίστηκε. τετάρτη δὲ ἡμέρα, καὶ τῆς Ῥωμαϊκῆς δυνάμεως εὐθηνούσης τοῖς πρὸς τὸ ζῆν ἀναγκαιοτάτοις τῷ βίῳ ὁ Χαγᾶνος πρόσβεις ἐξέπεμπε, Ἰνδικὰς ὑπὸ τοῦ Πρίσκου λαβεῖν ἀξιῶν καρκείας. ὁ μὲν οὖν στρατηγὸς τοῦ βαρβάρου τὴν ἀξίωσιν ἐθεράπευε, πέπερί τε ἐξέπεμψε καὶ φύλλον Ἰνδῶν κασίαν τε καὶ τὸν λεγόμενον κόστον. ὁ δὲ βάρβαρος τὰς Ῥωμαϊκὰς ἀπολαβῶν δω-  
 D ρεύς, καταρωματισάμενος ἤσθη λίαν περιχαρῶς. γίνεται τοίνυν ἀπόμαχος μέχρις ὅτου Ῥωμαίοις ἡ δημοτελής ἐκείνη καὶ μεγάλη πανήγυρις ἐπεπέριστο. συνηυλίζοντο τοιγαροῦν τὰ ἀντίθετα, καὶ οὐκ ἦν δέος ἐν ἑκατέραις δυνάμεσιν. οὐκοῦν ἀποτερματιζούσης τῆς ἑορτῆς ἀγγέλους ὁ Χαγᾶνος ἐξέπεμψε, διακρίνεσθαι ἀπ' ἀλλήλων ἀξιῶν τὰς δυνάμεις. οὕτω μὲν οὖν διαχωρίζεται ἀπὸ τῶν Ῥωμαίων ὁ βάρβαρος.

Ἐκταῖος δὲ ὁ Χαγᾶνος ἐπεὶ ἀκηκοί Κομεντιόλου δυνάμεις ἀναλαβόμενον μέλλειν τῇ Νικοπόλει προσομιεῖν, τὸ ὀπλιτικὸν συλλεξάμενος κατὰ Κομεντιόλου στρατοπεδεύεται. Κομεντιόλος δὲ ἤκειν τὸν Χαγᾶνον ἀκούσας ἐπὶ τὴν Μυσιαν χωρεῖ, ἐπὶ τε Ζικιδίβα τὰς σκηνὰς συνεπήξατο. ἑβδομαῖος δὲ εἰς Ἰατρὸν ἀφικνεῖται τὴν πόλιν. ὁ δὲ βάρβαρος εἴκοσι παρασάγγας ἀφιστήκει Ῥωμαίων. νυκτὸς δὲ μεσοῦσης ἐν ἀπορρήτῳ πρὸς τὸν Χαγᾶνον  
 P 182 ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἐξέπεμπε ἀγγελον. εἶτα τὸ Ῥωμαϊ-

9. Ἰνδικὸν Εἶς. *ibid.* τὸ Εἶς.

dierum quinque compositis indutiis, Chaganus esurientibus plaustra cibariis referta submisit. quocirca usque hodie barbarica ista humanitas ut admirabilis et praeter omnium opinionem exhibita celebratur. die quarto, cum iam Romani rebus ad victum requisitis abundarent, Chaganus a Prisco Indica aromata petit; cui ille morem gerens, piper, folium Indicum, casiam et costum, ut vocatur, mittit. barbarus donis Romanorum acceptis et aromatibus delinitus incredibiliter laetatur, et ab armis temperat, quoad publica illa et praecipua celebritas praeteriit. habitabant igitur simul sub iisdem pellibus extra omnem metum adversariae copiae. festis diebus transactis Chaganus per nuntios agmina secerni postulat. ita Romani a barbaris separantur.

τεύσαντός τε κατ' αὐτοῦ ὀλιγίστω στρατῶ καὶ ἐκ πασῶν πόλεων Θρακικῶν ὡς συμμαχήσουσι βασιλεῖ πίστει λαβόντος· ὁμοῦς ταύτας ἀπάσας παρ' οὐδέν θεμένων αὐτῶν, πολὺς ὁ τύραννος ἐγγένοι, καὶ τούτων προσρύντων αὐτῶ. παραχωρῆμα ὁ βασιλεὺς πρὸς τὴν πόλιν ὑπονοσθεῖ, καὶ ὡς ἐνῆν τὰ κατ' αὐτὴν 5 ἀσφαλέστατα διαθείς, πεζὸν ἅμα καὶ ναυτικὸν συναθροῖζει στρατὸν ἐκ τῶν κατ' ἀνατολὴν ἤδη τοῦ ἀποστάτου ὑποχωρήσαν-  
**C**τος πρὸς γε βραχὺν χρόνον τῆς τυραννίδος ἀπηλλαγμένον. ἐνίησι δὲ βασιλεὺς καὶ πῦρ πολεμιστήριον ταῖς ναυσί, καὶ τὴν σιδηρᾶν σχοῖνον ἀπ' ἀκροπόλεως μέχρι τοῦ πέραθεν φρουρίου διέτεινεν, 11 ὡς ἂν τὸ κατὰ τὴν πόλιν καλούμενον Κέρας μὴ ἐκ τοῦ στόλου τῶν ἀντιπάλων πημαίνοιτο. Γρηγόριον δέ, πύλαι μὲν χρηματίσαντα στρατηγόν, δι' αἰτίας δὲ βασιλεῖ γεγονότα καὶ διὰ τοῦτο εἰς Σκυρον, μίαν τῶν Κυκλάδων νήσων, φυγαδευθέντα, λαβῶν ὁ ἀποστάτης, ἅτε δὴ προσχωρήσαντα αὐτῶ, χειροτονεῖ στρα- 16 τεύματος ἡγεμόνου μυρίων ἀνδρῶν, καὶ τοῦτον πρόδρομον αὐτοῦ κατὰ τῆς βασιλευούσης προπέμπει, ἀλλὰ δὴ καὶ στόλον ναυτίλων ἀνδρῶν, ἵνα δὴ ἄμφω κατὰ ταῦτόν ἐν τῇ Κωνσταντίνου γένοιτο πόλει. καὶ δὴ γέγονε τοῦτο ταχέως, συνελθόντες ἀλλή-  
**D**λοῖς ἀπὸ τε γῆς καὶ θαλάττης κατὰ τὰς Βαρβύσου τοῦ ποταμοῦ 21  
 ἐκβολάς, οὐδὲ τῆς σιδηρέας ἐξαρκισιάσης σειρᾶς κωλύσαι τὴν τῶν πολεμίων ἔφοδον πλοίων. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ αὐτὸς σὺν

6. πεζῶν ἅμα καὶ ναυτικῶν L.  
 19. ταχαιώς L.

8. βραχὺ χρόνον L. 18. κατ' αὐ-  
 τὸν L.

perexiguum eduxisset contra eum et ex omnibus civitatibus Thracicis fidem auxilii praestandi et societatis accepisset. Sed istis eam negligentibus, magna incrementa capit tyrannus, his etiam ad eum confluentibus. Statim igitur imperator in urbem revertitur, atque ut licebat ea firmata, terrestres simul et navales collegit copias ex orientalibus, qui post discessum desertoris iam aliquantisper tyrannide liberati erant. Immisit autem imperator etiam ignem bellicum navibus, atque ferream catenam ab arce usque in castellum ex adverso extendit, ne urbis Keras quod vocatur (i. e. Cornu) ab hostili classe infestaretur. Porro Gregorium, qui olim quidem fuerat dux militaris, sed in offensionem imperatoris venerat atque ob id in Scyrum unam ex Cycladibus insulis relegatus fuerat, hunc inquam nactus desertor, utpote ad ipsum se conferentem, praeficit exercitui decem mille virosum, atque hunc praecursorem suum adversus imperatoriam urbem mittit, simul autem et classem nauticumque exercitum, ut ambo eodem tempore Constantinopolin pervenirent. Id quod cito admodum factum fuit, cum convenissent terra marique ad Barbysi fluvii ostia, neque ferrea illa catena valuisset prohibere adventum navium hostilium. Nec multo post ipse etiam cum octoginta millibus ad-

π' χιλιάσιν ἐπιστατεῖ τῇ πόλει, ἐπὶ δὲ τῷ προτέρως ποιηθέντι  
 νιῶ καὶ ἕτερον ἀναδείκνυσιν, Ἀναστάσιον ὄνομα, πάλαι μὲν εἰς  
 τοὺς καλουμένους τελέσαντα μοναχούς, εἰς κοσμικῶν δὲ τρόπων  
 φανλότητι τάξιν ἐληλυθότα, αἰσχρὸν τὸ εἶδος, ὥστε δοκεῖν ἔξ  
 5 οἰνοποσίας Ἰνδογενῆς εἶναι, μοχθηρότερον τῇ ψυχῇ ὑπὸ ἐμπλη-  
 ξίας ἐσχάτης. μετὰ τούτου σὺν καὶ παντὸς τοῦ στρατοῦ προσ-  
 βάλλει τῇ πόλει, ἅμα τῷ φανῆναι οἰόμενος ἀνοιγῆναι τὰς πύλας  
 αὐτῷ. ἐπεὶ δὲ τῆς ἐλπίδος διαμαρτάνει, τῶν πολιτῶν μεθ'  
 ὕβρεων ἀποπεμψάντων αὐτόν, σκηνοῦται κατὰ τῶν σεβασμίων  
 10 Ἀναργύρων νεῶν, καὶ πάντας ἔσχεν ὑπηκόους τοὺς κατὰ τὸν  
 Θράκιον οἰκοῦντας Βοούσπορον. εἶτα πόλεμον μετὰ τῆς πόλεως V. 18  
 συγκροτεῖ τοξεύμασιν ἀφάτοις καὶ τοῖς ἐκ τῶν πετροβόλων λίθοις  
 ὀργάνων, μάλα δὴ κατὰ μέρος τῶν Βλαχερνῶν ἐλπίζων ταύτην  
 ἐλεῖν. ὄθεν δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ ἀναβὰς ἐπὶ τῆς ὀροφῆς  
 15 τοῦ τῆς Θεοτόκου ναοῦ τὸ πολεμικὸν σημεῖον πῆγνυσι, κελεύει  
 δὲ καὶ Θεόφιλον τὸν υἱὸν λαβεῖν γε τὸ νικοποῖον τοῦ σταυροῦ ξύ-  
 λον καὶ τὴν σεβαστὴν ἐσθῆτα τῆς Θεομήτορος, καὶ περιελθεῖν  
 τὸν τοῦ Βυζαντίου τείχους περίβολον μετὰ λιτανείας, σὺν ἅμα  
 τῷ ἱερῷ κλήρῳ καὶ τοῖς ἄλλοις πολιταῖς, τῆς Θείας ἐπικουρίας  
 20 δεόμενον. παρατάττεται δὴ παντοίῳ πολέμῳ εἶδει ὁ ἀποστάτης  
 καὶ μηχαναῖς· ἀλλ' ἔξ ὑπερδέξιου οἱ τοῦ βασιλέως ταῖς τε βο-  
 λαῖς καὶ τοῖς ἀντιμηχανήμασι κεκρημένοι διωθοῦνται τοὺς ἐναν- B  
 τίους, ὥστε καὶ κλίμακας καὶ χελώνας κριοὺς τε καὶ πᾶν εἶ τι

1. ἐπίσταται L.

4. φανλότητα L.

fuit ad urbem. Adoptavit etiam, post priorem adoptivum filium, alte-  
 rum quoque, Anastasium nomine, qui olim quidem monachus fuerat, sed  
 ad secularium improbitate morum ordinem defecerat; turpi facie, ut vi-  
 deretur ob vinolentiam ex India oriundus, sed peiore animo propter ex-  
 tremam vecordiam. Cum isto igitur et universo exercitu accedit ad ur-  
 bem, simul atque apparuisset putans apertum iri portas sibi. Cum au-  
 tem haec spes eum fefellisset, civibus eum cum contumelia ableganti-  
 bus, tabernacula ponit apud venerabilium Anargyrorum templum, omnes-  
 que habuit sibi subiectos eos qui in Thracio habitabant Bosporo. Deinde  
 bellum adversus urbem instaurat cum sagittis innumeris et lapidibus ex  
 machinis ad id paratis, potissimum a parte Blachernarum sperans se  
 eam capturum. Quapropter et Michael, conscenso tecto templi deiparae,  
 belli signum figit: iubet etiam Theophilum filium sumere lignum crucis  
 victoriae efficiens venerandamque vestem deiparae, et obire moenium  
 Byzantii ambitum, supplicando, una cum sacro clero aliisque civibus,  
 divinum auxilium implorantem. Oppugnat ergo desertor omni genere  
 bellandi atque machinis. Sed ex superiore loco ii qui erant cum imper-  
 ratore, iactibus et machinis contra instructis usi, repellunt adversarios,  
 ita ut scalas et testudines et arietes et quidquid eiusmodi esset instru-

τοιούτον ὄργανον λιπόντας ὑπὸ τὰς ἰδίας διαδρᾶναι σκηνάς. ἀλλὰ καὶ ὁ ναυτικὸς τοῦ ἀποστάτου στρατοῦ καὶ αὐτὸς τῷ ἡγρῷ κεχηρμένος πυρί, κυκλοῖ τὴν πόλιν τούτω τε καὶ τοξεύμασιν ἀριθμοῦ πλείοσι, πρὸς δὲ καὶ τετρασκελείσιν ἐλεπόλεσι καλουμέναις, πνεύσαντι ἐναντίῳ πνεύματι ἀποκρούεται, ἅτε δὴ καὶ χει- 5  
μερίου τῆς ὥρας οὔσης.

Ἦδη δὲ τοῦ ἡλίου ταῖς ἀρκτώσις οὐκ ἔσονται ἐπιθέοντος διὰ τε τοῦ πεζικοῦ καὶ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ προσβάλλει τῇ πόλει κατ' ἐκεῖνο μάλα τὸ μέρος ὃ δὴ Κέρας τὸ σχῆμα καλεῖται, τε- 10  
τρασκελεῖς ἐλεπόλεις κατασκευάσας καὶ ἐκ τῶν πεμπομένων δι' 10  
C αὐτῶν ἀπὸ τῶν νεῶν λίθων κατασειεῖν τὸ τεῖχος οἰόμενος. ὁ δὲ γε βασιλεύς τισι τῶν ἐναντίων διὰ τοῦ τείχους εἰς λόγους ἦλθεν ἀμνηστίαν τῶν ἐργασμένων αὐτοῖς ἕξιν, εἰ μεταμεληθεῖεν, παρεγγυῶν· οὐ πείθει δὲ τούτοις, ἀλλὰ στρατόν τινα καθοπλί- 15  
σας ὀλίγιστον, ἀθρόον τῆς πόλεως ἕξεισι καὶ τοὺς ὑπαντήσαντας 15  
αὐτῷ κατὰ κράτος νικᾷ, καὶ κατὰ θάλατταν δὲ τοσοῦτον ὥστε τὰ πλοῖα πρὸς γῆν διοκείλαντας συνδεδεμένα πρὸς τοὺς ἐκ τῆς χέρσου μαχομένους ἀναφυγεῖν καὶ τὸν ἐκ θαλάττης ἀπαγορευσα- 20  
σθαι πόλεμον, ἐκόντας τε πολλοὺς τῶν πολεμίων προσχωρῆσαι τῷ βασιλεῖ. ἐν οἷς καὶ Γρηγόριος, συνελκύσας ἑαυτῷ καὶ τινα 20  
D μοῖραν βραχεῖαν στρατοῦ καὶ κατὰ νίκτα τινὰ λαβόμενος εὐκαι-  
ρίας, φεύγει πρὸς τὴν Θράκην καὶ κατὰ νώτου γίνεται τοῦ τυ-

1. λιπόντας L.

3. κυκλῶν conl. B.

9. μάλα] fort. πά-

λιν. 15. ἀθρόον L.

17. διοκείλαντα L.

22. νώτου L.

menti relinquerent inque sua diffugerent tabernacula. Sed et navalis exercitus desertoris ipse etiam humido utens igne, oppugnans urbem illo, et sagittis innumeris, insuper et machinis quaternorum crurum, flante adverso vento reicitur.

Sole autem iam septentrionalia lustrante, terrestri et navali exercitu oppugnat urbem, illa praecipue parte quae Keras (i. e. Cornu) a figura vocatur, machinas cum quaternis cruribus fabricatus, atque missis per eas lapidibus e navibus muros se concussurum putans. Ceterum imperator cum quibusdam ex hostibus de muro collocutus oblivionem et veniam patratorem, si paenitentiam prae se ferant, promisit, sed non persuasit. Itaque postquam exercitum perexiguam armasset, subito ex urbe erumpit et occurrentes sibi magna strage vincit; pariter et in mari, ut navibus ad terram actis et colligatis, ad eos qui in continente pugnabant confugerent, in mari pugnare haud sustinentes, multique ex hostibus ad Michaellem deficerent; inter quos et Gregorius, abstrahens se cum partem quandam exiguam exercitus, atque nocte quadam nactus opportunitatem, properans se confert in Thraciam et a tergo fit tyranno.

ράννου. ἀλλ' ὄγε στασιάρχης ἅμα τῷ τοῦτο μαθεῖν στρατεύει  
 κατὰ Γρηγορίου, καὶ τοῦτον καταλαβὼν ἀναιρεῖ, καὶ πάλιν εἰς  
 τὴν πόλιν ἐλθὼν τῆς ἐξ ἀρχῆς ἔχεται προσεδρειας, γράμμασί τε  
 πεπλασμένοις, ὡς κατὰ τε γῆν καὶ θάλασσαν εἴη νενικηκώς, τῷ  
 5 κατὰ τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὰς νήσους ἀπάσας ναυτικῶ ἑξαπατήσας  
 ἀναχθῆναι κελεύει καὶ τῷ βασιλεῖ διαμάχεσθαι. καὶ δῆτα πλοῖα  
 σιταγωγὰ τοῖς πολεμιστηρίοις προσκαθοπίσαντες πανθυμαδὸν  
 ἀναπλέουσι, προσορμίζονται τε τῇ τῶν καλουμένων Βυρίδων E  
 ἀκτῇ, τῶν προτέρων οὐκ ἐλάττους οὔσαι τὸ πλήθος· καὶ γὰρ  
 10 εἰς ν' καὶ τ' ὁ τούτων ἠΰξητο ἀριθμὸς. ἔμελλε δὲ ἄρα ἔκ τε νο-  
 τίου μέρους καὶ βορείου τῆς πόλεως αὐτῇ προσβαλεῖν ταῖς ναυσίν.  
 βασιλεὺς δὲ προφθάσας ἀποστέλλει πυρφόρους ναῦς, αἱ δὲ ταῖς  
 τῶν ἐναντίων ναυσὶ κατὰ τὸν εἰρημένον ἐπιθέμεναι χῶρον, ὡς V. 22  
 μὲν ὀλοκαυτοῦσιν αὐτῶν, ὡς δὲ σκεδαννύουσιν, τὰς πλείους δὲ  
 15 τούτων αὐτῶν συλλαμβάνουσιν ἀνδράσιν αὐτοῖς καὶ τῷ βασιλεῖ  
 προσάγουσιν.

Ἀκηκῶς δὲ Μορτάγων ὁ κύριος Βουλγαρίας ὅσα τε καὶ  
 οἷα κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν συνηνέχθη γενέσθαι, διαπρεσβεύε-  
 ται πρὸς βασιλέα καὶ συμμαχεῖν αἰτεῖται αὐτῷ· αἱ γὰρ ὑπὸ  
 20 Λέοντος τοῦ βασιλέως πρὸς αὐτοὺς τριακοντούταις σπονδαὶ ἤδη  
 τὴν πρώτην δεκαετηρίδα συνεπλήρουσιν σχεδόν. ἀποδοχῆς δὲ με-  
 γάλης ὁ βασιλεὺς τὴν γνώμην αὐτῶν ἀξίαν κρίνας ἀπολογεῖται μὴ

1. τῷ om. L.  
22. ἀξίως L.

6. καὶ δὴ τὰ L.

11. προσβαλλεῖν L.

Sed rebellionis princeps, simul atque id intellexit, cum militari manu  
 aggreditur Gregorium captumque interficit, reversusque ad urbem obsi-  
 dionem continuat, litterisque fictis, quasi terra marique vicisset, deci-  
 piens, naves e Graecia insulisque universis subvehi iubet ad proelium  
 cum imperatore committendum. Itaque navibus vehendo frumento belli-  
 cisque instructis unanimiter provehuntur appelluntque in littore Byri-  
 densi, haud minore numero quam priores: nam ad ccc. earum excreve-  
 rat numerus. Erat autem et ab australi et a boreali parte urbem navi-  
 bus aggressurus. Sed imperator praeveniens misit igniferas naves, quae  
 hostiles naves in loco praedicto adortae partim comburunt integras, par-  
 tim dispergunt, plerasque autem capiunt una cum hominibus et impera-  
 tori adducunt.

Cum autem audivisset Mortagon Bulgariae dominus quae quantaque  
 imperatoriae urbi accidissent, per legationem agit cum imperatore, de-  
 poscitque sibi societatem belli. Nam foedus illud tricennale sub Leone  
 imperatore cum ipsis factum iam fere primum decennium implebat. Sed  
 imperator, quamvis magnopere probandam iudicaret voluntatem ipsorum,  
 se excusavit, haud oportere eos inter quos conventum sit tanto tempore

χρῆναι τοὺς ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ὠμολογηκότας Χριστιανικῶν αἱμάτων ἀφέξασθαι ἐπὶ τῷ τῶν στασιωτῶν πολέμῳ τὰ καλῶς  
 B δόξαντα καταλύειν· φιλοφρονησάμενος δὲ αὐτοὺς τῆς προθυμίας ἀξίως πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἀποστέλλει. ἀλλ' οὗτοι μὲν κατ' οὐδὲν τῶν τοῦ βασιλέως φροντίσαντες λόγων κατὰ τε τοῦ τυράννου 5 στρατεύουσι καὶ εἰς τὰ Ῥωμαίων εἰσβαλόντες ἤθη κατὰ τὸν Κηδούκτου καλούμενον στρατοπεδεύονται χῶρον. μαθὼν δὲ ὁ ἀποστάτης τὴν κατ' αὐτοῦ τῶν Βουλγάρων ἔφοδον, τοῦ καταλειφθέντος αὐτῷ ναυτικοῦ λόγον οὐδένα ποιεῖται, ὅθεν δὴ τοῦτο πᾶν τῷ βασιλεῖ προσχωρεῖ· ὅλος δὲ τοῦ πεζοῦ στρατοῦ γεγονῶς 10 ἀπαίρει μὲν τοῦ προσεδρεύειν τῇ πόλει, κατὰ δὲ τὸ εἰρημένον χωρίον προσβαλὼν τοῖς Βουλγάροις κατὰ κράτος ἠττῆται. καὶ πλείστοι μὲν τῶν αὐτοῦ κτείνονται καὶ πυρπολοῦνται πρὸς τούτων· οἱ δὲ περιλειφθέντες ὡς εἶχον σθένους σκεδάννυνται που. 15 λείαν δὲ πολλὴν τῶν πολεμίων οἱ Βούλγαροι συμφορήσαντες πρὸς τὴν ἑαυτῶν ὑποστρέφουσιν.

Οὐκ ἀπολήγει δὲ καὶ οὕτως πράξας κακῶς τῆς ἀπονοίας ὁ τύραννος, ἀλλὰ τοὺς σκεδασθέντας συλλέξας [καὶ] πρὸς τὴν καλουμένην Διάβασιν, ἅτε δὴ πρὸς τὸ στρατοπεδεῦσαι πάντα οὐσαν ἐπιτηδεῖαν, διὰ τε τὴν τῶν ἵππων νομὴν καὶ πρὸς τὴν ἄλλην 20 χρεῖαν τῶν ἀνθρώπων ἀφθονωτέραν τυγχάνουσαν, ἐκεῖσε σκηνοῦται τῷ τέλματι τοῦ χωρίου θαρρήσας, ἐκεῖθὲν τε ὡσπερ ἐξ ἀκροπόλεως, ὄντως τύραννος ὢν, συχνὰς ποιεῖται καταδρομὰς καὶ τὰς πλησιαζούσας πυρπολεῖ κώμας. ὅπερ δὴ μαθὼν ὁ βα-

abstinere a Christiano sanguine, propter rebellium bellum ea quae recte probassent et decrevissent rescindere. Condigne ergo pro ipsorum promptitudine atque humane exceptos habitosque in patriam dimittit. Sed isti, nihil curantes imperatoris dicta, adversus tyrannum infesto exercitu proficiscuntur, atque apud Cedocti locum ita dictum castra ponunt. Porro desertor, cognito Bulgarorum hostili adventu, relictæ quidem a se classis rationem habet nullam; unde etiam ea tota imperatori se adiunxit: totus autem terrestri exercitui intentus ab obsidenda urbe discedit et apud praedictum locum congressus cum Bulgaris ingenti clade afficitur, plurimique suorum occiduntur et cremantur, reliqui autem quantum possunt fugientes disperguntur. Multis autem spoliis hostium congestis Bulgari in patriam revertuntur.

Non desinit tamen, quamvis re ita male gesta, tyrannus insanire. Sed postquam dispersos collegisset, ducit ad Diabasin locum ita dictum, castris omnino idoneum, pabulis equorum rebusque aliis ad usus hominum abundantiore: illic tabernacula ponit, palude illius loci tutum se fore ratus, atque inde tanquam ex arce verus tyrannus crebras facit incursiones proximisque vicis incendiis vastat. Quo intellecto imperator

σιλεύς Μιχαήλ, ὡς εἶχε δυνάμειως, εὐαρίθμητον σχεδιάζει στρα- D  
 τὸν καὶ κατὰ τοῦ τυράννου πρὸς τὸν εἰρημένον ἔρχεται χῶρον  
 σὺν κόσμῳ στρατηγεσίας παντί, λόγοις καὶ ταῖς ἄλλαις ὑποσχέ-  
 σεισι τοὺς συνόντας ἐπιρωινύς. ὁ δὲ τύραννος πλήθει πολλῶ  
 5 δὴ μάλα ὑπαντιάζει τῷ βασιλεῖ, σχηματίζεται τε φυγὴν, ὥστε  
 τὸν τοῦ βασιλέως στρατοῦ διαλυθῆναι συνασπισμόν· διαμαρτά-  
 νει δὲ τοῦ σκοποῦ, μήτε τὴν τάξιν τοῦ βασιλικοῦ διαλύσας στρα-  
 τοῦ, μήτε τοῖς ἑαυτοῦ συναφθῆναι οἷός τε γεγονώς, ἀλλὰ τῶν  
 ἐναντίων μὴ ἐνεγκῶν τὴν ὁρμήν, ὡς εἶχε τάχους, χρῆται φυγῇ  
 10 καὶ πρὸς τὴν Ἀρκαδιούπολιν σὺν τισι τῶν ἑαυτοῦ διασώζεται. E  
 ὁμολογήσαντας δὲ αὐτῷ τοὺς πλείστους τῶν στασιωτῶν ὁ βασι-  
 λεὺς εἰληφῶς ἐπέρχεται τῇ πόλει αὐτῇ καθ' ἣν ὁ τύραννος διεσώ-  
 ζετο, χάρακά τε περιβάλλει αὐτῇ καρτερόν κύκλω. ὀλιγίστους  
 δὲ ὁ ἀποστάτης ἔχων ἔνδον τῆς πόλεως ἰππότητας, πολλάκις, ὅτε  
 15 δὴ πεφυρμένους διήθρει τοὺς ἐναντίους, ἤφρει κατ' αὐτῶν τού- V. 20  
 τούς· ἀλλ' οὐ γὰρ καὶ ταύτῃ μᾶλλον ἐπάνθανον ἢ ἔδρων οἱ δει-  
 λαιοι. ὁ δὲ γὰρ βασιλεὺς ἐλέπολιν μὲν οὐ προσῆγε τῇ πόλει, φει-  
 δοῖ μήτε τινα τοῦ λοιποῦ τῶν ὁμοδόξων ζήφεισιν ἀναιρεῖσθαι,  
 μήτε μὴν δειχθῆναι τοῖς Σκύθαις ὡς δυνατὸν μηχαναῖς τὰς ὑπὸ  
 20 Ῥωμαίων ἀλῶναι πόλεις· λιμῶ δὲ καὶ προσεδρεῖα περιγενέσθαι  
 τοῦ τυράννου διέγνω. καὶ δῆτα πολλοῦ χρόνου διαδραμόντος  
 τοσοῦτον ἐνδεῖται τῶν πρὸς τὸ ζῆν ὁ τύραννος ἀναγκαίων, ὥστε

13. καρτερῶν L. 15. διήθρει L. 16. Continuator p. 41 D.  
 καὶ φόνον οὐ ποιεῖ μὲν, πάσχει δὲ παρὰ τῶν ἐχθρῶν.

Michael, modico coacto exercitu adversus tyrannum in praedictum locum proficiscitur bene instructa acie, verbis et pollicitationibus suos confir- mans. Tyrannus porro cum ingenti multitudine adversum proficiscitur, simulat autem fugam, ut imperatoris acies dissolvatur: sed ab hoc scopo aberravit, cum nec imperatoris exercitus ordinem turbaret, nec ipse cum suis coniungere se posset. Itaque adversae partis impetum sustinere non valens qua poterat celeritate fugit, atque in Arcadiopolin cum quibusdam ex suis evadit. Porro imperator, cum plerosque ex rebellibus in fidem accepisset, aggreditur ipsam urbem in quam tyrannus evaserat, vallumque ei circumdat undique firmum. Desertor autem paucissimos intra urbem habens equites, saepe, quoties scilicet sine ordine turbatos cerneret adversarios, immittebat his illos: sed hac etiam ratione plus patiebantur quam efficiebant perditum illi. Nullas autem imperator machinas admovit urbi, id cavens ut nec ex consortibus fidei quisquam gladio interficeretur, neque ostenderetur Scythis posse machinis capi Romano- rum urbes: verum fame et assidua obsidione tyrannum in suam potesta- tem redigere statuerat. Itaque multo tempore elapso adeo indigere coe- pit tyrannus rebus ad vitam necessariis, ut primo quidem omnem aeta-

πρῶτον μὲν πᾶσαν ἄχρηστον ἡλικίαν καὶ φύσιν ἐκκενοῖ τῆς πό-  
λεως, εἶτα τῶν ἵππων αὐτῶν διὰ τὴν λιμὸν ἀποφθαρέντων, τῶν  
κρεῶν αὐτῶν, καὶ ταῦτα ὀδωδότην, γεύσασθαι πείθει· προῆλ-

- B** θρον δὲ εἰς τὸ κώδιά τε καὶ τᾶλλα σκύτη φαγεῖν. καὶ τέλος οἱ  
μὲν αὐτῶν διὰ τῶν πυλῶν λανθάνοντες, οἱ δὲ καὶ διὰ τῶν τει- 5  
χῶν καθάπτοντες κάλους, ἄλλοι δὲ καὶ ἑαυτοὺς ῥιπτοῦντες κατὰ  
τὸ ἔδαφος καὶ τὰ μέλη συνθλάμενοι, ἀνωμολόγουν τῷ βασιλεῖ,  
καὶ συγγνώμης τυγχάνοντες καὶ ἀδείας Ἀναστασίῳ τῷ ψευδωνί-  
μῳ τοῦ τυράννου συνήπτοντο υἱῷ, τοῦ Βύζης ἐπειλημμένῳ πο-  
λίσιματος, ἐκ τούτου ἐν αὐτοῖς διαπολεμῆν τῷ βασιλεῖ ἡρημένῳ, 10  
ἵνα δὴ παράσχοι τῷ ἀποστάτῃ ἐν τῷ μάχεσθαι ῥαστώνῃν φυγῆς.  
εἰς δὲ λόγους ὁ βασιλεὺς τοῖς ἐν τῇ πόλει ἐλθὼν καὶ τῶν εἰς αὐ-  
τὸν ἁμαρτημάτων λήθην μεθ' ὄρκων ὑποσχόμενος ἔξειν, κατὰ  
τοῦ τυράννου συνίστανται καὶ συσχόντες αὐτὸν προσάγουσι βασι-  
**C** λεῖ· ὁ δὲ γηθομένῳ ποδὶ κατ' ἀχένα πατήσας αὐτὸν χειρῶν 15  
ἄμφω καὶ ποδῶν στερεθῆναι κελεύει, ἐπὶ κοντοῦ τε ἀνάρτᾶσθαι  
πρὸς τούτῳ. ποινηλατούμενος δὲ ὁ δειλαιὸς οὕτως ἐβόα μέγα  
“ἐλέησόν με, ἀληθῶς βασιλεῦ.” ἔρομένου δὲ τοῦ βασιλέως αὐ-  
τὸν εἴ τινας εἶεν κρυφίως συγγνωκότες τῆς ἀπονοίας αὐτῷ,  
τάχα ἂν πολλῶν κατεῖπε ψεύδῳ τῶν βασιλικῶν φίλων· ἀλλ' 20  
Ἰωάννης ἀνὴρ ἐπὶ κλησὶν Ἐξαβούλλιος, ἐν πατρικίοις τελῶν, τὸν  
τύραννον ἐπέσχεν εἰπεῖν, φήσας τῷ βασιλεῖ ὡς οὐ δέον κατὰ φί-  
λων πιστεύειν ἐχθροῖς. ἀλλ' ὁ μὲν τύραννος οὕτως δυστυχῶς

10. ἡρημένον L.

14. συσχῶντες L.

17. πρὸς τοῦτο L.

tem sexumque inutilem eiiceret ex urbe, deinde ipsorum equorum qui fame perierant carnes, easque iam olentes, gustare hortaretur: eoque deventum ut pelles aliaque coria comederent. Ac postremo eorum alii per portas clam egressi, alii de muris suspensis funibus demissi, alii proiciendo se ipsos in terram lapsi, fractis etiam membris, fidem imperatori promiserunt. Sed veniam securitatemque adepti ad Anastasium, tyranni filium falsi nominis, sese conferebant, qui Byzae oppidum occupaverat, indeque bellum inferre per eos imperatori cogitabat, ut scilicet pugnando praestaret desertori facultatem fugiendi. Sed cum imperator cum oppidanis collocutus eis delictorum oblivionem iuratus promississet, in tyrannum consurgunt comprehensumque adducunt imperatori. Qui, cum laeto pede eius collum calcasset, manibus ambabus et pedibus eum orbari iubet, atque in palo suspendi insuper. Cruciatibus autem exagitatatus perditus ille sic clamabat magna voce, “miserere mei, o vere imperator.” Cumque interrogasset eum imperator, si qui essent occulte conscii eius amentiae, fortasse multos indicasset falso ex imperatoris amicis: sed vir quidam Iohannes cognomine Exabullius, patricius, prohibuit tyrannum dicere, affirmans imperatori haud oportere de amicis credere inimicis. Interim tyrannus sic misere finit vitam, mense Octobri iam



καταστρέφει τὸν βίον μηνὸς Ὀκτωβρίου μεσοῦντος ἤδη· εὐθὺς δὲ καὶ Ἀναστάσιον οἱ ἐκ Βύζης, ἐπειδὴ τὸν ἀποστάτην ἔμαθον ἀνηρῆσθαι, πεδίσαντες χεῖρας καὶ πόδας πρὸς βασιλέα κομίζουσιν, ὄντινα δὴ τῇ αὐτῇ τοῦ ψευδωνύμου πατρὸς καταδικά- D  
5 ζει ποιῆ.

Ἐπεὶ δὲ τινες τῶν τοῦ τυράννου τὴν καλουμένην Πάνιον κατασχόντες πόλιν, ἄρτι μὲν τούτου ἀπεφθορότος, εἰς τὸ πολεμῆν βασιλεῖ διέγνωσαν καταστῆναι, πρὸς ἣν ἔλθων ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ καὶ λόγους εἰρηλικούς προτεινόμενος οὐδαμῶς πέ-  
10 θει καταθέσθαι τὰ ὄπλα, γίνεται δὴ τι θεόθεν σημεῖον αὐτοῖς· σεισμὸς γὰρ σφοδρὸς τό τε τείχος κατέβαλε καὶ τοῖς τοῦ βασιλέως τὴν εἰς πόλιν δέδωκε πάροδον· ὃ τοῖς σεισμολόγοις σημεῖον ἦ-  
της, ὅθεν γεγένηται τοῦτο. ἀλλὰ δὴ καὶ Ἡράκλεια ἢ πάλαι Πέρινθος καλουμένη, τὰ τοῦ τυράννου λίαν νοσοῦσα, πρὸς τὴν  
15 διὰ τῶν τοῦ βασιλέως λόγων θεραπείαν ἀντέσχεν· ὅθεν δὴ τῆς V. 21  
ἐκ τοῦ θυλατιίου μέρους τοῦ τείχους ἐπιδρομῆς τῶν βασιλικῶν πειραθεῖσα στρατιωτῶν ἀλίσκεται τε καὶ τῆς τυραννικῆς ἀπαλάττεται νόσον ἀναιμιωτὴ καθάπαξ ὑπὸ τῶν ἐναντίων ληφθεῖσα. ἐντεῦθεν δὴ βασιλεὺς πάντα κατήκοα λαβὼν ἑαυτοῦ πρὸς τὴν  
20 βασιλῖδα πόλιν ὑπονοστεῖ, καὶ ἰππικὴν ἐπιτελέσας ἐμίλλησιν οὐδὲν ἀνήκεστον τοῖς στασιώταις ποιεῖται, πλὴν τοῦ διὰ μέσης τῆς

2. οἱ om. L.

13. ὅθεν] fort. ὁπόθεν. *cladem fore a qua parte ruina facta fuerit.*

18. λειφθεῖσα L.

medio. Mox autem cognito rebellem interfectum, etiam Anastasium ex Byzantia constrictis manibus pedibusque ad imperatorem adducunt, quem eadem qua falsi nominis patrem condemnat poena.

Ceterum quidam ex tyranni asseclis occupata urbe quae Panion dicitur, cum, quamvis modo interempto illo, bellum gerere contra imperatorem statuissent, ad eam urbem profectus imperator Michael sermones pacificos praetendens haudquaquam persuasit ut arma deponerent. Fit autem divinitus prodigium ipsis: nam terrae motus vehemens simul murum deiecit, et iis qui cum imperatore erant in urbem ingrediendi copiam fecit: quod contemplatoribus et conectoribus terrae motuum signum est cladis, unde etiam id factum est. Quin et Heraclea, quae olim Perinthus dicta, rebellionis morbo laborans ad verba imperatoris voluntatem erga ipsos declarantia obstinata fuit. Itaque ex maritima parte muri incursionem imperatoriorum experta militum, capitur et rebellionis liberatur morbo sine caede et sanguine ab adversariis occupata. Hinc imperator, postquam omnia sibi subiecerat, in imperatoriam urbem revertitur, celebratisque ludis circensibus nullam saevitiam exercet in rebelles, nisi ut per medium circum manibus post terga vincitis irent, et

ἰπποδρομίας εἰς τὰ ὄπισω δεδεμένους τὰς χεῖρας ἵναι, καὶ τινὰς εὐθὺς φυγαδεῦσαι αὐτῶν. καὶ οὕτω θριαμβεῦει τὴν νίκην.

Ἐπὶ χρόνον δὲ ἐν ᾧ ἀποστασία προβεβήκει ἡ Θωμᾶ, ἀδεῶς ἀπὸ Ἰσπανίας Ἀγαρηνοὶ ἐδήουν τὴν Ῥωμαίτιδα γῆν σὺν δέκα περικαμπέσι ναυσί, κατὰ δὲ τινὰς κ', τρόπῳ τοιῷδε. προσώ-5  
 B χθισαν τῇ χώρᾳ αὐτῶν διὰ τὸ μὴ πιωτάτην ὑπάρχειν καὶ εὐφο-  
 ρον, καὶ πρὸς τὸν ἀρχηγὸν αὐτῶν εἶπον Ἀπόχαψιν “ἄρον ἡμᾶς  
 τῶν ἐντεῦθεν καὶ ἀπάγαγε εἰς εὐγειον τόπον, καὶ εὐζωῶμεν ἐκεῖ-  
 σε.” ὧν τοῖς λόγοις παρακληθεῖς γενναίων ἀνδρῶν καὶ εὐόπλων  
 στόλον εὐτρέπισεν, ἕξ ὧν πισῶν νήσων ἐκράτησεν, ὥστε καὶ 10  
 τῆς Κρήτης αὐτῆς· ταύτην γὰρ λαῶ εὐζώνῳ ἐπηρεάσας ἐξηγμα-  
 λώτισε καὶ πολλὴν λαφυραγωγίαν εἰσεποίησατο, καὶ ἀκριβῶς  
 ἀναμεμαθηκῶς τὸν χῶρον ἐπαλινώσθησεν. τῷ δὲ ἐπιόντι καιρῷ  
 μ' ναῦς ὁ Ἀπόχαψ ἐπισκευασάμενος ἐν ταύτῃ κατήρε, καὶ τῷ  
 ἀκρωτηρίῳ ταύτης προσέβαλε καὶ προσωρμίσθη τῷ Χάρακι. 15  
 C διωρίσατο δὲ τῷ ὑπ' αὐτὸν λαῶ ὅπως ἕκαστος τῶν πλοίων ἀνὰ  
 εἴκοσι ἀνδρῶν καταλείποιεν, οἱ δὲ πάντες ἄλλοι εἰς τὸ τὴν νῆσον  
 ληΐζεσθαι προχωρήσειαν ἐπὶ ἡμέρας γε ἰβ'. ἀποκινήσαντος δὲ  
 τοῦ λαοῦ πρὸς τὴν τοιαύτην ἐγχείρησιν, ταύταις ἐνέβαλε πῦρ  
 καὶ ὀλικῶς ἐπυρπόλησεν. ἐφευρηκότες δὲ ταύτας ἠθάλωμένας 20  
 στασιάζειν κατὰ τοῦ ἀρχηγοῦ αὐτῶν τετολμήκασιν. καὶ ἀπολε-  
 λόγητο πρὸς αὐτοὺς ὅτι “τῇ προτεραίᾳ κατεγογγύζετέ μου, ὧ

3. ἐπὶ χρόνῳ L.  
 δρας B.

14. τῷ] τῶν L.  
 17. καταλείποιεν L.

16. εἰς ἕκαστον et ἄν-  
 18. προσχωρήσειαν L.

quosdam eorum statim in exilium ageret. Atque sic triumphavit ob vi-  
 ctoriam.

Tempore autem quo rebellio Thomae grassabatur, Agareni Hispanici secure et licenter vastabant Romanam ditionem cum decem rotundis navibus, aut secundum alios viginti, hac ratione. Offendebantur sua regione, quod non esset pinguis nec fertilis, atque ad ducem suum Apochapsin dixerunt “tolle nos hinc et abduc in secundum solum, ut bene vivamus illic.” Quorum verbis permotus strenuis viris et bene armatis instruxit classem, cum quibus omnes insulas in potestatem suam redexit, atque adeo ipsam Cretam. Hanc enim militibus bene accinctis cepit multamque praedam adeptus est, atque accurate recognita regione reversus est. Anno autem sequenti Apochaps navibus quadraginta in eandem insulam navigavit, cumque appulisset ad eius promontorium, stationem cepit ad Characem. Ceterum populo sibi subiecto praecepit ut apud singulas naves vicenos viros relinquerent, ceteri omnes in insulam praedatum discederent ad dies duodecim. Profecto autem populo ad negotium illud suscipiendum, navibus iniecit ignem easque totas combussit. Cum autem invenissent eas combustas, seditionem movere contra ducem ausi sunt. Atque is facti rationem apud eos exposuit, dicens “antea quidem

ἄνδρες ὁμόφυλοι, μὴ μεταναστεύειν ὑμᾶς πρὸς εὐζωΐαν βεβου-  
 λημένον· καὶ διὰ τοῦτο ἤγαγον ὑμᾶς ἐνταυθοῖ, ἐν ᾧ γάλακτος  
 καὶ μέλιτός ἐστιν ὑπορρώξ.” οἱ δὲ ἀντεῖπον αὐτῷ “καὶ ποῦ δὴ  
 τέκνα ἡμῶν καὶ γυναῖκας εὐρήσομεν;” ὁ δὲ πρὸς αὐτούς “ἴστε  
 5 ὅτι αἰχμαλωσίαν ἑαυτοῖς πλείστην ἠνέγκατε· ἐκ ταύτης οὖν ὑμῖν D  
 γυναῖκας ἀρμόσασθε.” καὶ οὗτος ὁ λόγος ἀρεστός ἐφάνη αὐ-  
 τοῖς, καὶ τοῦ στασιασμοῦ κατενύσθησαν, καὶ πυκνοῖς σκόλοψι  
 χάρακα περιέθεντο πρὸς ὀχυρότητα ἑαυτῶν διαρκεῖν ἐν αὐτῷ·  
 ἀφ’ οὗ ὁ τόπος μέχρι τῆς δεῦρο Χάραξ προσονομάζεται. μονά-  
 10 στης δὲ τις μετέπειτα προσφοιτήσας τῇ νήσῳ ἔφη αὐτοῖς ὅτι  
 “εἴπερ ὄλωσ ἐθέλοιτε καταδυναστεύσαι τῆς νήσου, ἀκολουθή-  
 σαιτέ μοι· καὶ ὅποι στοχασίμενος παραδειξῶ ὑμῖν ἐπιτηδειότητα  
 κτίσεως, ἐκεῖσε πόλιν οἰκοδομήσατε, δι’ ἧς τῆς νήσου ἔξουσιά-  
 σοιτε.” καὶ ἀπήνεγκεν αὐτούς εἰς τόπον καλούμενον Χάνδακα, E  
 15 ἐν ᾧ ἡ πόλις τούτων καθίδρυνται· καὶ ταύτην πέριξ ἐτάφρωσαν.  
 ἧς ὁ Ἀπόχαψ καθηγεμόνευσεν, καὶ θ’ καὶ κ’ Κρήσας πόλεις ἠν-  
 δραποδίστατο, μᾶς μόνης μὴ ἀλωθείσης ἀλλ’ ἢ λόγῳ, ἀπολιορ-  
 κήτου μεινάσης ἕως ἄρτι, ὃ καὶ κεκλήσθαι ταύτην συνέδραμεν,  
 ἐχόντων τῶν οἰκητόρων αὐτῆς σὺν ἑλευθερία ποιεῖν τὰ Χριστια- V. 19  
 20 νῶν εἰδιωμένα. ὧν τῆς ἐπιδρομῆς ὁ Θωμᾶς καὶ ἀλώσεως αἴτιος,  
 Ἀπόχαψ δέ. οὗ παῖς μὲν Σαίπης ἐτύγχανε, Σαίπου δὲ Βάβδιλ,

1. μεταναστεύειν ὑμᾶς L. 2. ἤγαγον ὑμᾶς L. 3. ἀπορ-  
 ρώξ L. 8. πρὸς σχυρότητα L. 19. ἐκόντων L. 21. immo  
 Ἀπόχαψ τε.

obmurmurabatis mihi, tribules, abducere vos alio ad commode vivendum nolenti: atque ob id adduxi vos huc, ubi lactis et mellis est fluxus.” At illi dixerunt ad eum “ubinam vero liberos nostros et uxores invenimus?” Quibus ille “scitis vos plurimam praedam tulisse: ex hac igitur uxores vobis adiungite.” Atque ista oratio grata ipsis visa est, seditioque inter ipsos sedata. Tum densis palis vallum circumposuerunt ad munitionem ipsis sufficientem; unde locus ille usque ad hoc tempus Charax (i. e. vallum) vocatur. Monachus autem quidam ingressus insulam dixit eis “si omnino cupitis in vestram potestatem redigere insulam, sequimini me: atque ubi coniectura assecutus ostendero vobis idoneum locum ad condendam urbem, ibi condite,” abduxitque eos in locum qui dicitur Chandax, in quo urbs eorum sita est: atque eum fossa ducta circumdederunt. Illi urbi praefuit APOCHAPS, atque undetriginta Creten- sium urbes subiugavit, una sola non expugnata nisi λόγῳ (i. e. verbo), non revera, ad hoc usque tempus; unde etiam appellari eam contigit Hypologiorum; concesso incolis ut libere peragant Christianorum consue- tas functiones. Illorum autem Agarenorum incursionis et expugnationis urbium Thomas erat causa. Ceterum APOCHAPSIDIS filius erat Saipes,

ὃς ἐν Πελοποννήσῳ κατὰ τι θαλάσσης κλυδώνιον πρὸς γῆν σὺν νηὶ τῇ ἑαυτοῦ προσπαρεῖς, ἐν ἡμέραις τοῦ μακαρίτου Λέοντος βασιλέως, τρηκαῦτα δὲ στρατηγοῦντος Κωνσταντίνου τοῦ συνετόφρονος, ἐκεκράτητο, ᾧ τεσσαρακοντάπηχυς τὸ ἐπώνυμον· οὔτινος Βάβδελ ἐτέλει ὁ Ζερκουνηὶς σύγγονος, ὁ πρὸ τοῦ νῦν 5 ἀρχηγοῦ τῆς Κρήτης καθηγησάμενος.

Ἐν ταύτῃ δὲ τῇ νήσῳ Κύριλλος ὁ Θαυμασίος, ὁ Γορτύνης ἐπισκοπήσας τῆς πόλεως, ὑπὲρ Χριστοῦ ὡς ἱερεῖον ἄμωμον B ἐσφαγίαστο. οὗ τὸ τίμιον αἷμα μέχρι τῆς δεῦρο κατὰ τινα χῶρον, καθὼς τινὲς φασιν, ἀνεξάλειπτον συντετήρηται· καθ' ὃν 10 οἱ εὐσεβεῖς φοιτῶντες καὶ τοῦτο σπόγγῳ ἐναπομάττοντες δι' αὐτοῦ γε θεῖον μύρον ὑδρεύονται καὶ κατ' οὐδὲν ἀλλοιοῦσι τὸ χρῶμα τοῦ αἵματος. ἔτι δὲ καὶ ἡ τῶν τροφίμων σεβαστῶν παίδων αὐτῆς ἐβδομάς μετὰ πολλῶν ἄλλων ταφῇ ἀφιέρωται, ἀναιρεθέντων ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν ἀδιστάκτου καὶ εἰλικρινοῦς πίστεως. 15

Καὶ δὴ ἔκτοτε κατακεκράτηντο ἂν παρ' Ἀγαρηνῶν αἱ νῆσοι, εἰ μὴ βασιλεὺς Μιχαὴλ ὁ ἐξ Ἀμορίου ἔσχε φιλονεικότερον ἐλευθεριάσειν αὐτάς· καὶ δὴ πολυωρήσας ἐνδελεχῶς Κρατερῶ τῷ στρατηγέτῃ Κυβερειωτῶν ἐνετείλατο πάσας τὰς ὑπ' αὐτὸν C ναῦς παρετοιμάσασθαι καὶ ἀπῆραι εἰς Κρήτην καὶ σπουδῇ πάσῃ 20 τοὺς ταύτης οἰκήτορας Σαρακηνοὺς ὀλοθρεῦσαι. ὃς ἐκαῖσε παρα-

1. πελοποννήσῳ L.  
τύνης L.

4. ὀτεσσαρακοντάπηχυς L.

7. ὃς γορ-

Saipae autem Babel, qui in Peloponneso tempestate quadam maris ad terram cum nave sua allisus, temporibus beati Leonis imperatoris, duce Constantino illo prudente, captus fuit, cui cognomen τεσσαρακοντάπηχυς (i. e. quadraginta cubitorum). Huius autem Babel erat Zercunes frater, qui ante istum qui nunc est ducem Cretae praefuit.

Porro in hac insula Cyrillus ille admirandus, qui fuit Gortynae urbis episcopus, pro Christo velut immaculata hostia fuit immolatus. Cuius pretiosus sanguis usque ad hunc diem quodam in loco, ut quidam aiunt, indelebilis conservatur: quem locum pii homines frequentantes illumque sanguinem spongiis affricantes per eum divinum unguentum hauriunt et nullatenus colorem sanguinis immutant. Praeterea etiam alumnorum venerabilium et filiorum eius insulae septenarius, cum multis aliis, sepultura consecratus est, qui interfecti sunt pro fide in Christum indubitata et pura.

Et sane ab illo tempore mansissent in potestate Agarenorum insulae, nisi imperator Michael Amoriensis tantopere studisset eas liberare. Itaque cum esset assidue sollicitus, Cratero praefecto Cybereotarum praecepit ut omnes quas sub se haberet naves instrueret et in Cretam proficisceretur atque omni studio Saracenos eam inhabitantes exterminaret.

γενόμενος σὺν ναυσὶν ὁ κατ' αὐτῶν πόλεμον ἤρεν ἕξ ἀνατολῆς ἡλίου μέχρι τῆς δύσεως, καὶ κατὰ τοσοῦτον αὐτῶν ἐκυρίευσεν ὥστε πάντας καὶ ἀναιρήσειν βεβούλητο. ἀλλὰ κακοὶ ἀρχηγοὶ συνόντες αὐτῷ οὐκ εὐβούλως ἀνέστειλαν εἰρηκότες “ἡμεῖς γε πάν-  
 5 τας ὑποπίεσαντες, οὐκ ἔτι πάντως οὔτοι τολμήσειαν τοῦ λοιποῦ πρὸς ἡμᾶς ἀντιτάξασθαι. ἤδη νῦν τελέθει, κατὰ τὸν ποιητὴν· ἀγαθὸν καὶ νυκτὶ πιθέσθαι. δυσπεφόρηκε γὰρ ὁ λαός. ἄγωμεν εἰς τὰς ἡμετέρας σκηνάς, καὶ πρώϊας ἐπιλαμπούσης ἀφιξώμεθα καὶ κατὰσχωμεν αὐτούς.” καὶ δὴ τοῖς ῥήμασιν αὐτῶν φρεναπα-  
 10 τηθεὶς πρὸς τὰς σκηνὰς αὐτῶν σὺν αὐτοῖς ἐπανέλυσεν. μηδαμῶς δὲ πεφροντικότες τῶν πρὸς σωτηρίαν ἀσφαλειῶν, ἀλλ' ὑπτιύσαντες δυστυχῶς πολλῶν τε κόπῳ κατευνασθέντες καὶ θανάτου ὑπνον ὑπνώσαντες, ἐπελθόντες νυκτὸς οἱ ἐχθροὶ σιδήρειον ὑπνον τούτοις ἐπήγαγον· οὐδ' εἰς τῶν ἐκέϊσε παρόντων τουρμαρ-  
 15 χῶν ἢ ἀρχόντων πολεμικοῦ ἐπιβῆναι πλοίου δεδύνητο, μόνου τοῦ στρατηγοῦ αὐτοῦ ἐμπορικῶν ἐπιβάντος καὶ ἀποπλεύσαντος. περὶ οὗ μεμαθηκῶς ὁ τῶν Ἀγαρηνῶν ἀρχηγὸς δυσὶν ὀλκάσι λαβῶν ἐπεβίβασε καὶ αὐτοῦ κατεδίωξεν ὀπισθεν, καὶ πρὸς νῆσον τὴν Κῶ τοῦτον κατέσχεν (φεῦ συμφορᾶς) καὶ ἐν αὐτῇ ξύλω κρε-  
 20 μάνυσιν. ὄθεν ἀνέκαθεν καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἢ τῆς Κρήτης V. 23 νῆσος κεκρατῆται παρὰ τῶν Ἀγαρηνῶν, ἕξ ἧς τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ὄροις ἐπισυρρέουσιν.

2. καὶ ante κατὰ om. L.  
 14. οὐδεὶς L.

7. πειθέσθαι L.

13. σιδήριον L.

Qui postquam eo pervenisset cum septuaginta navibus, cum illis bello conflixit ab ortu solis ad occasum, superavitque adeo ut omnes interficere cogitaret. Sed ignavi duces, qui erant apud ipsum, pessimo consilio represserunt eum, dicentes “cum nos universos illos satis afflixerimus, haud amplius audebunt deinceps acie congregi: et iam nox humida caelo praecipitat, secundum poetam, suadentque cadentia sidera somnos. Indignatur enim populus. Eamus in tabernacula nostra, et mane illucescente veniamus eosque opprimamus.” Atque his verbis deceptus in tabernacula cum ipsis discessit. Ceterum nihil sollicitos de tutanda salute sua, sed supinos malo suo fato magnaue defatigatione sopitos ac mortifero somno oppressos aggressi nocte hostes ferreum somnum illis induxerunt. Nemo ex praesentibus turmarchis aut praefectis bellicam navem conscendere potuit: solus dux mercatoriam nactus enavigavit. De quo certior factus Agarenorum dux duabus navibus viros imposuit, eumque a tergo persecutus est atque apud insulam Co comprehendit (o calamitas!) et in ligno suspendit. Unde ab illo tempore usque ad hodiernum diem Cretae insula tenetur ab Agarenis, ex qua Romani imperii fines invadunt.

Genesisius.

Εἶτα εὗρισκεται τις πολύφρων ἀνὴρ ᾧτινι Ὁορύφῳς τὸ ἐπώνυμον, καὶ προστάξει βασιλικῇ διὰ τῆς αὐτοῦ εἰσηγήσεως ἀθροίζεται ναυτικὸν στρατολόγημα γενναϊότατον, οἷς ἀνὰ μ' χρυσοῦ ἐπιδίδοται νομίματα, καὶ "οὐκ ἄλλως γένοιτο τόδε," εἰ μὴ ταῦτα κομίσσονται, διηγόρευον. οἳ ἑλκᾶσιν ἐζώνως ἐπιβατεύσαντες καὶ ναύαρχον αὐτὸν κεκτημένοι τὴν ἐλευθερίαν πολλαῖς ἐχορήγησαν· οὗς τεσσαρακονταρίους τὸ ληφθὲν προσωνόμασεν.

Μιχαὴλ δὲ ὁ βασιλεὺς κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτοῦ βασιλείας παντελεῖ ἀγροικία ἢ τῇ σκηπτουχίᾳ καλλωπιζόμενος περὶ τῶν Β θείων εἰκόνων ἐδημηγόρησε τὸ ἐκάστῳ δοκοῦν ἀπεργάζεσθαι· 10 ἀλογιστείων δὲ μετὰ ταῦτα πρὸς διπλὴν ἀποτραπείας, Εὐφροσύνην, Κωνσταντίνου τὴν θυγατέρα τοῦ κατακριθέντος τυφλότητι, μονήρη βίον προσηκαμένην, πρὸς τὰ ἀνάκτορα εἰς γαμετὴν μετηγάγετο, καὶ τὸν εὐαγγῆ Μεθόδιον ἀδίκως τιμωρησάμενος καθ' εἰρκτὴν ἐφυλάκισέ περὶ τὴν νῆσον Ἀνδρέου τοῦ ἀποστόλου, 15 καθ' ἣν ὁ Ἀκρίτας ἐγγειονῶν ἐμφανίζεται, οὗ ἀντικρὺ καταπρῆσαι τοῦτον οἰόμενος. Εὐθύμιον τὸν μητροπόλεως Σαρδιανῶν ἐξηγουόμενον Θεόφιλος βουνέυροις χαλεπῶς ἐθανάτωσεν.

Ἐπεβίω μὲν Μιχαὴλ τῇ βασιλείᾳ ἔτη ἡ' πρὸς ἐννέα μηνίν, ἀπεβίω δὲ τῷ δυσουρίᾳ νοσήματι ἐμπεισῶν ἐκ νεφρίτιδος ἐπι- 20 θέσεως.

1. ᾧτινι B, ᾧτι L.

2. αὐτοῦ B, αὐτῆς L.

6. νήσοις

πολλαῖς B.

17. μητροῦ L.

20. νεφρίτηδος L.

Postea inventus fuit vir quidam prudens, cui cognomen Ooryphas, cuius admonitu iubente imperatore colligitur nauticus exercitus, in quo singulis quadraginta aurei dabantur: nec aliter fieri posse, nisi tantum accipiant, affirmabant. Qui navibus bene instructis vecti ipsumque navarchum habentes libertatem multis insulis praebuerunt. His id quod acceperant nomen fecit quadragenariorum.

Porro Michael imperator initio imperii sui summa morum rusticitate quam sceptro magis sibi placens, de divinis imaginibus concionem habuit, ut quisque quod sibi videretur faceret: sed inconsulte post haec ad verustias conversus, Euphrosynam Constantini filiam, illius qui caecitate condemnatus fuit, quamvis ea monasticam vitam assumpsisset, in regiam duxit pro uxore, sanctumque Methodium iniuste cruciatum in carcere asservavit in insula Andreae apostoli, qua vicinus Acritas conspicitur, ex adversis eius comburere hunc cogitans. Euthymium metropolitam Sardinorum antistitem Theophilus bubulis nervis vehementer caesum interfecit.

Vixit autem Michael in imperio annos octo et novem menses. Obiit, cum in difficultatem urinae incidisset morbo renum eum invadente.

ΒΑΣΙΛΕΙΩΝ Γ

ΠΕΡΙ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΥΙΟΥ  
ΜΙΧΑΗΛ.

REGUM LIBER III

DE THEOPHILO MICHAELIS  
FILIO.

Ὁ δὲ Θεόφιλος τὴν πατρῶαν ἀρχὴν κληρῶσάμενος ἐν ἔτει 571η', V. 24  
Ἰνδικτιῶνος η', ποιῆται κατὰ Μαγναύραν σελλέντιον, πάντας  
ἐκέισε χωρεῖν ὁμοθυμαδὸν προτρεψάμενος, καὶ στὰς εἰς μέσον  
ἐδημηγόρησεν "ἐπειδὴ ὁ ἐμὸς πατὴρ καὶ ὑμῶν βασιλεύς, ὃ ἱερὰ  
5 σύγκλητος, ὄρκοις με διεβεβαιώκει φρικτοῖς ἀποιχόμενος, τοῖς  
συνηγωνισμένοις αὐτῷ εἰς τὸ κατὰ Λέοντος νεανίεμα τῆς ἀγω-  
νίας παρασχεῖν ἄξια, οὐ μεθήσειν τῆς ἐντολῆς οὐδαμῶς προτε-  
θύμημαι." τούτων παρρησιασαμένων τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ παρε-  
στῶσῃ συγκλήτῳ, διαρρήδην αὐτὸς ἐγκελεύεται τῷ ἐπάρχῳ "ὄπερ  
0 ὁ νόμος θεσπίζει ἐπὶ τοῖς ἀνθρώπινου φόνου μὴ εὐλαβουμένοις,

Inscr. Βασιλειῶν γ', caeteris in margine positis, om. L.

Theophilus autem paternum imperium hereditate adeptus anno mundi  
sexies millesimo trecentesimo tricesimo octavo, indictione octava, in Ma-  
gnaura concionem habuit, omnibus illuc ire unanimiter iussis, atque in  
medio consistens verba fecit. "Quandoquidem meus pater et vester im-  
perator, o sancte senatus, moriens iureiurando me obstrinxit horribili ut  
adiutoribus eius in facinore adversus Leonem dignum operae pretium  
tribuam, haudquaquam negligere illud praeceptum in animum induxi."  
Illis libere professis ad imperatorem et ad senatum adstantem, palam  
ipse mandat praetori "quod lex praecipit super iis qui hominis caedem

B τοῦτο δρᾶν διανόστηθι, ἄλλως τε πρὸς αὐτὸν βασιλέα, ᾧ χρῆσις παρὰ θεοῦ τῆς βασιλείας ἐπιβραβεύεται.” καὶ τὸ θεοπισθὲν ἐτοίμως ἐξείργασται.

Ἐγκρατῆς δὲ τῶν σκῆπτρων Θεόφιλος γεγονὼς ὅλως αὐτὸς κατ’ Ἀγαρηνῶν ἐκστρατεύειν ἐπέγεται, πολυανδρία θαρρῶν καὶ 5 ἀριστέων ἀνδρῶν ἐπισυλλογῇ. καὶ γὰρ εἶχε μεθ’ ἑαυτοῦ καὶ Μα-νουὴλ τὸν γεννάδα τῶν Ἀρμενίων, οὗ κλέος τῆς ἀνδρείας κατὰ πᾶσαν Συρίαν καὶ Ῥωμαϊκὴν ἐπικράτειαν, πολλῶ δὲ μείζον καὶ εὐσεβείας, καθ’ ἣ ἡ τῶν πραγμάτων παραδηλώσει ἀλήθεια, σὺν

C αὐτῷ καὶ τὸν ἐκ Περσίδος Θεόφοβον, ἄνδρα θεοσεβῆ καὶ πολ-10 λῆς ἐχόμενον ἀρρενωποῦ καὶ παλαιᾶς λογιότητος, ὡς πάλαι Μωσοῦς Ἰησοῦν τοῦ Ναυῆ καὶ Χάλεβ τοὺς γενναίοφρονας, καὶ τούτοις τῇ καθ’ ἡμῶς εὐσεβείᾳ οὐ θεοφιλῶς ἐπεκέχρητο· δι’ ὧν ποτὲ μὲν τῶν ἐξ Ἄγαρ κατίσχυε, ποτὲ δὲ τῶν δυστυχημάτων ἀντείχετο, ἀφράστοις θεοῦ προμηθεύσει τοῦ πάντα σοφῶς δι-15

V. 25 θύνοντος. ὄθεν τῶν Ἀγαρηνῶν ποτὲ περιγεγονότων τοῦ βασι-λέως, ἐπέπερ νίκη θεοῦ ἐν γούνουσι κείται, καθάπερ ὁ ποιητῆς ἀπεφῆνατο, μόλις παρ’ αὐτῶν διασέσωστο, εἰ καὶ πολλῶν τῶν Περσῶν διὰ γε τὰς ἡτίας τοῖς Ἀγαρηνοῖς προσετίθεντο, καὶ ἐπαλινόστουν τῷ ἄνακτι, αὐτὸς ὀπηνίκα πρὸς ἀντιπάλους ἐξήει, 20 οὐχ ἦμισα τῷ στέργειν αὐτοὺς τὸν Θεόφοβον.

1. χρῆσις B.

4. ὅλος L.

7. γεννάδα L.

12. ναυῆ L.

ibid. fort. καὶ τούτων τῇ. Berglerus expressit ἡ — εὐσεβεία, no-stra religio.

18. πολλοὶ B.

21. τῷ στέργειν B, τὸ στέρ-γειν L.

non verentur, ad id exsequendum surge, praecipue ipsius imperatoris, cui divinitus id datum ut sit unctus domini.” Itaque ut praeceptum ita prompte perfectum fuit.

Porro potitus sceptro Theophilus omni studio adversus Agarenos expeditionem parat, multitudine virorum fretus et coetu fortissimorum hominum. Etenim habebat secum Manuelem etiam illum strenuum ex Armenia, cuius fortitudo celebrabatur per omnem Syriam Romanamque ditionem, sed multo magis pietas in deum, prout rei veritas declarabit; cum illo et Theophobum, pium virum multaque praeditum virili et antiqua facundia; quemadmodum olim Moses Iosua filium Num et Chaleb strenuos viros secum habuit; quanquam horum pietate christiana non ad placitum dei usus est: per quos aliquando quidem Agarenos vicit, aliquando autem calamitates et clades accepit, imperscrutabili dei consilio omnia sapienter gubernantis. Unde cum Agareni aliquando vicissent imperatorem, quandoquidem victoria in manu dei est, aegre ab illis evasit incolumis, quamvis multi ex Persis propter clades ad Agarenos deficerent, qui tamen redibant ad imperatorem, cum ipse adversus hostes proficisceretur, eo potissimum quod ipsi diligerent Theophobum.



Τοιαύτη δὲ ἦ κατὰ τοῦτον ἀπὸ διαφορῶν κατὰ διαδοχὴν  
 διάφορος κατὰ τι πάντως ἀπομνημόνευσις, ὡς τοῖς ἱστοροῦσι  
 πρὸς ἀκριβολογίαν ἕξειθιστο. ἐπειδὴ τὰ ἐγκόσμια πάντως κατὰ  
 ῥοήν καὶ ἀπορροήν καθεστήκασαν, καὶ διαφθοραὶ φύλων αἰτίαις  
 5 τισὶ κατὰ διασπορὰς παρυσίστανται, ὅθεν καὶ τοῦ Περσικοῦ  
 ἔθνους, πάλαι μὲν τὸν σκηνίτην βίον περιπεποιημένον καὶ δέρεσι  
 κατὰ περιστολὴν τὴν ἀπορίαν ἢ τὸ γενναῖον ἐπιδεικνυμένου, ἔτι B  
 δὲ ταῖς ἀνδραγαθίαις πολλῶν ἔθνῶν κυριεύσαντος, καὶ εἰς πα-  
 ροινίαν ἕξ εὐτυχίας ἀρθέντος, καὶ μετὰ τοῦτο τὰ μέγιστα δυστυ-  
 10 χήσαντος καὶ διανεμηθέντος, οἷα τοῖς Ἰουδαίοις καὶ ἑτέροις συμ-  
 βέβηκεν ἔθνεσιν. ἕξειθιστο δὲ τοῖς Πέρσαις τοὺς ἑαυτῶν βασι-  
 λέας ἐκ βασιλείου φυλῆς ὑπέχειν ἀνάρρησιν· ἀλλὰ πολέμοις ἐν  
 ἐπαλλήλοις καὶ ταῖς τῶν ἕξ ὁμογενῶν ἄλλαις ἐπαγωγαῖς κατὰ τὴν  
 πατρίδα παντελῶς τῆς βασιλικῆς σειρᾶς ἐκλιπούσης, ἐν ἀμηχα-  
 15 νίᾳ τε περὶ τούτου διατιθεμένων καὶ δι' ἑρέυνης ἐμμεριμνώντων,  
 παρὰ τινος ἐδηλοποιήθη αὐτοῖς τῶν ποτὲ ὑπηρετησαμένων τινὶ C  
 τῶν κατὰ βασιλικῶν γένους συνάφειαν πολλαχῶς εἰς πρεσβείαν  
 ἡκόντων Κωνσταντίνου τῆ πόλει, ἐκεῖσέ γε τὸν εἰς ζήτησιν εὐρη-  
 κέναι, εἰ καὶ μὴ ἐκ νομίμων γάμων, ἀλλ' ὅμως γεννηθέντα τοῦ  
 20 πρέσβεως. ὅθεν παρεισδύντων αὐτῇ τῶν περὶ τούτου διατετα-  
 γμένων κρύφα καταστοχάσασθαι, καὶ ἀναγνωρισάντων τὸν νεα-  
 νίαν (συγκατώκει γὰρ τῇ τεκούσῃ ἐν ταῖς κατὰ τὴν Ὁξειῶν δια-

4. διαφθοραὶ B, διαφοραὶ L.  
 οc  
 σάντων L.

6. δέρεσι L.

8. κυριευ-

18. γε] τε L.

Talis autem est de isto diversorum per successionem diversa aliqua-  
 tenus commemoratio, ut accuratioribus historicis usitatum etiam diversa  
 tradere. Quandoquidem haec mundana in fluxu et defluxu sunt, etiam  
 interitus nationum per dispersiones quibusdam de causis existunt: hinc  
 etiam Persicae gentis; quae olim quidem in tabernaculis vixerat, pellium  
 amictu inopiam suam aut tolerantiam ostentans, posteaque rebus fortiter  
 gerendis multis gentibus dominata erat, atque ad insolentias ex secunda  
 fortuna elata, deinceps maximas calamitates perpessa et dispersa fuit,  
 qualia Iudaeis aliisque gentibus acciderunt. Consueverant autem Persae  
 suos reges ex regia stirpe creare: sed cum bellis crebris et assiduis,  
 aliisque civilibus et intestinis calamitatibus regia familia in patria dese-  
 cisset, ipsique in angustiis essent et de inquirendo solliciti, significatum  
 est ipsis a quodam qui ministraverat aliquando cuidam ex iis qui genus  
 regum attingebant, saepe ad legationem profectis Constantinopolin, ibi  
 se eum invenisse qui quaerebatur, quamvis non ex legitimis nuptiis, le-  
 gato tamen prognatum. Proinde cum clam irrepsissent in eam ad inve-  
 stigandum et agnovissent adolescentem (habitabat enim cum genitricis in

τριβαίς, αἱ τοῦ Βοσπόρου καὶ τοῦ Κέρως Βύζης θυγατρὸς Βίζαντος ἀντικρὺ τούτου καὶ ἄνωθεν καθεστήκασιν) οὐκ ἐκ τῶν ἐκτὸς μόνον κατὰ συμβεβηκὸς εἰκασμάτων, ἀλλὰ μὴν καὶ ἐξ αὐτῶν τῶν ἐπουσιωδῶν ἰνδαλμάτων καὶ φρενῶν καὶ ψυχῆς ἕξεώς τε  
**D** καὶ καταστάσεως, τὸ κατ' εὐγένειαν βασιλικὸν τε καὶ εὐπροεπὲς 5  
 συνωδὰ παριστώτων, καὶ τῆς κατὰ γειτονίαν ἐπιμαρτυρούσης τὸ ἀληθὲς ὀμιλίας, ἐπειδὴ τὰ κατ' αὐτὸν εὐθέως καὶ μέχρι τῶν δεσποτικῶν ἀκοῶν ἐηλύθει, εὐδόκησάν τε χάριν τῆς τοιαύτης γε σκήψεως [καὶ ὑποτετάχθαι αὐτοὺς] τοῖς Ῥωμαίοις ἐπικηρυκεύεσθαι ἔθνος τὸ Περσικὸν ἀναγκαίως, καὶ ὑποτετάχθαι αὐτοῖς 10  
 εἰς σπονδὰς ἦκον εἰρηρικῆς τελειότητος. Ὡπερ ἠκούτισμένων τοῖς ἐν Περσίδι ἐκ τε τῶν εἰς ἀποστολὴν προσηκόντων καὶ τῶν διὰ τὸν Θεόφοβον δῆθεν βασιλεῖ γε συναξιούντων, ἀσπαστὸν  
**E** ἐλογίσαντο τῆς οἰκείας χώρας ἀπαναστεῦσαι καὶ προσχωρήσειν τῇ 15  
 Ῥωμαίδι, ὅπως τοῦ κατὰ γένος ἀρχηγοῦ ἐπιτεύξοιτο, καὶ μά-  
 λιστα ὅτι καὶ ὁ Περσῶν ἀρχηγὸς Βάβεκ ἀποστάσει τῇ πρὸς τὸν ἀμεραμουνῆ ἐπὶ ἐ' ἔτεσι κεκορῦφωτο, ὧν ἀναμεταξὺ μέγιστοι πόλεμοι συμβεβηκότες καὶ ἠττηθεῖς ὁ Βάβεκ εἰσῆι ἐν χιλιᾶσιν ἐπτὰ πρὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπικράτειαν, κατὰ πόλιν Σινώπην ἀνε-  
**V. 26** ρεννῶν τὸν Θεοφόβου πατέρα, παρὰ Πέρσαις πάνυ τιμώμενον, 20  
 Ῥωμαίων ὄντα τοῖς καταλόγοις· ὃν ὁ Βάβεκ κατείληφὼς ἐγγύας τε παρὰ βασιλέως δεξάμενος τὸν ὑπ' αὐτὸν γε λαὸν καὶ ἑαυτὸν

8. ἐδόκησέν τε L.

13. συναξιούντων L.

14. προσχωρήσαι

Symeon logoth. p. 415 D.

15. τοῦ καταγένους L, τοῦ κατὰ

γένους Symeon.

21. ἐν τοῖς B.

illis quae sunt ad Oxiam mansionibus, quae Bosporo et Cornu Byzae filiae Byzantis e regione sunt sitae) non ex externis solum et accidentalibus notis, sed etiam ex illis essentialibus indiciis mentis et animi habitusque et affectionis, nobilitatem generis regiumque decorem congruenter repraesentantibus, viciniae etiam conversatione testificante rei veritatem, cumque de eo fama statim etiam ad imperatorias aures pervenisset, visum est eis propter hanc causam [et ut subiicerentur] ut cum Romanis per legationem gens Persica ageret, et ut his subiicerentur ad foedera pacis solidae venerunt. Quibus auditis in Persia, cum ex iis qui legationis nomine venerant, tum ex iis qui propter Theophobum idem quod imperator postulabant, rem optatam putarunt patria migrare et ad Romanam ditionem concedere, ut generis regii ducem nanciscerentur; ac vel maxime quod et Persarum dux Babec defectione ad ameramnum per quinque annos contineretur, quo spatio, cum maxima bella accidissent victusque fuisset Babec, ingressus fuit cum septem millibus in Romanam ditionem, apud urbem Sinopen investigans patrem Theophobi, apud Persas valde honoratum, Romanis militantem: quem cum Babec invenisset atque ab imperatore securitatis fidem accepisset, eam cui prae-

τῷ βασιλεῖ ὑπήκοον τέθεικεν. ὁ δὲ βασιλεὺς Θεόφιλος τὸν μὲν  
 εὐγενῆ νεανίαν Θεόφοβον καταγεραίρει πατρικιότητι καὶ τὴν ἑαυ-  
 τοῦ ἀδελφὴν τούτῳ πρὸς γάμον ἐκδίδωσιν, τῷ τε Ῥωμαϊκῷ πο-  
 λιτεύματι τοὺς Πέρσας συναριθμήσας ἄξιωμαίων τε βαθμοῖς καὶ  
 5 στρατείας πρὸς ἀγχιστείαν τε Ῥωμαίων ἐν γάμοις ἀρμόζεται, εἰ  
 καὶ τὸν Θεόφοβον ἀναιρεῖ μετὰ ταῦτα δολιωσάμενος.

Ὡς δὲ τινες, καὶ ἄλλως τὰ κατὰ Θεόφοβον δυστόρηται,  
 ἃ τῶν λεχθέντων τελοῦσι παρόμοια, ἀπαράλλακτα δὲ οὐδαμῶς, B  
 κατὰ τὸ διάφορον τῶν ταῦτα διεξιόντων τῆς τε αὐτοψίας καὶ τῆς  
 10 πρὸς ἑτέρους ἐν διηγῆσει μετοχτετεύσεως. ἐκ Περσῶν τοίνυν ἀπα-  
 νυστὰς ὁ πατὴρ Θεοφόβου βασιλικοῦ αἵματος προενηνεγμένος  
 εἰσῆι τῷ Βυζαντίῳ πενόμενος, καὶ κατὰ μισθαρινίαν ἐξυπηρέτει  
 τινὶ γυναικὶ ἢ τὸ καπηλεύειν εἰς ἐργασίαν παρῆν. ἐπὶ μακρὸν δὲ  
 καθυπουργήσας αὐτῇ, ἔρωτι τούτου περικατάληπτος γίνεται,  
 15 καὶ πρὸς ἡδονὴν συμβιβάζονται· ἐξ οὗ συνειληφυσία ἐγγύστριον  
 ἄρρεν ἐκτέτοκεν. τῶν οὖν ἐκ Περσίδος κατὰ διαφόρους χώρας  
 μεμερισμένων, τούτων τινὲς ἀστρονομίαν μετήρσαν· αὕτη γὰρ  
 τούτοις τῶν ἄλλων τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν προτετίμηται εἰς τὸ  
 ἀκριβὲς ἐκπεπονημένη, καὶ ἄλλαι τυχὸν μαντικά τε καὶ προγνω- C  
 20 στικαὶ μέθοδοι· δι' ὧν ἴσως διεγνώκεσαν περιεῖναι Κωνσταντίνου  
 τῆ πόλει Θεόφοβον. ἐνθ' ἐνδε προσιόντες τῷ τηρικαῦτα διέποντι

ω

11. προηγμένος L.  
 meon p. 416 B.  
 κοὶ L.

13. γυναικι L.  
 19. ἐκπεπονημένηι L.

15. συμβιβάζεται Sy-  
 ibid. προγνωστι-

20. περιεῖναι L.

erat militum manum seque ipsum imperatori subiecit. Porro imperator Theophilus generosum adolescentem Theophobum patricia dignitate cohonestat, sororemque suam ei in matrimonium tradit, atque in civitatem Romanam receptos Persas ad dignitatum gradus et militiae cognationemque cum Romanis per matrimonia iungit, etsi Theophobum interfecerit post haec dolo circumventum.

Etiam aliter autem de Theophobo per historiam traditum, ita ut similia quidem dicantur iis quae diximus, minime tamen nullatenus varian-  
 tia, pro diversitate eorum qui ea referunt, dum vel ipsi praesentes cog-  
 noverunt vel memoria narrando ad ipsos propagata fuit. Cum e Persis  
 excessisset pater Theophobi regio sanguine prognatus, venit Byzantium  
 egens atque pro mercede servivit cuidam mulieri quae rem cauponariam  
 exercebat. Cumque diu ministrasset ei, haec amore eius capitur, atque  
 voluptatis causa coniunguntur: ex quo mulier cum concepisset, masculum  
 enixa est. Ceterum Persis per diversas regiones dispersis, nonnulli  
 ex iis astronomiae addicti erant: haec enim ab illis prae ceteris scien-  
 tiis aestimatur, ad summam perfectionem deducta, et fortasse aliae etiam  
 vaticinandi et futura praedicendi disciplinae; quarum ope forte cognove-  
 rant superesse Theophobum in Constantini urbe. Proinde profecti ad

Θεοφίλω τὸ βασίλειον κράτος, συνεχῶς ἐδεδέγητο τοῦ ἐρεῦνης  
 τυχεῖν ἐν αὐτῇ φανερωῶς μὴ διάγοντα, καὶ τούτοις εἰς βασιλέα  
 φανερωθήσεται. ὡς οὖν ἀσμένως τοῦτο διηκηκόει ὁ βασιλεύς,  
 διὰ πάσης ἠκριβολογεῖτο τῆς πόλεως. τῆς δὲ περὶ τούτου φήμης  
 πανταχόσε διαδεδραμηκίας ἐπὶ παρεκτάσει πολλῶν ἡμερῶν, καὶ 5  
 εἰς ἀμηχανίαν τοῦ ἐρευνωμένου συνεστηκότων, τῶν κατὰ γειτο-  
 D νίαν τις τῶ ῥηθέντι γυναιῶ συνῶν, ὅτω συνεληφέναι παρὰ τοῦ  
 Πέρσου διετετράνωτο, καθ' ὁμίλιαν τε πολλαχῶς αὐτῶ συνελ-  
 θεῖν τὰ πρὸς ὑπηρεσίαν διενεργοῦντι, πυθέσθαι τε καὶ σαφῶς  
 διαγνῶναι ὅτι περ ἓκ Περσῶν εἴη, βασιλικῶ δὲ πέφυκεν αἵματος· 10  
 καὶ τοῖς ἐρευνῶσι τὰ περὶ τούτου κατασημήνασθαι. τῶν δὲ τὸ  
 μὲν γύναιον κατασχόντων, μεθ' οὗ ὁ Πέρσης τὴν ἀναστροφὴν  
 ἐπεποίητο, καὶ ἐνδελεχέστερον ἀσφαλῶς διεξετασάντων τὴν τοῦ  
 ἐρευνωμένου διαγωγὴν, τὸν μὲν τῇ γυναικὶ συνελθόντα προτιτε-  
 λευτηκέναι διεμαρτύρατο, τὸν δὲ ἓκ τούτου προειρηγεμένον κατὰ 15  
 συζυγίαν ἄρρενα παῖδα τούτοις ἐδείκνυεν ἐπὶ δυσὶ καὶ ἑ καθ' ἡλι-  
 E κίαν χρονίζοντα ἔτεισιν. ὄνπερ κατ' ὄψιν ἴοντα μετὰ καὶ τῶν  
 συνόντων αὐτοῖς κατειληφότες Περσῶν, ἐπέπερ αὐτὸν ἓκ τε τοῦ  
 βασιλικῶ ὁμοιώματος ἓκ τε τῆς κατὰ Κῦρον γρυπότητος συμβο-  
 λαιωσάμενοι καὶ ἐξ ἄλλων τινῶν τῶν ἐφομαρτηκότων αὐτῶ, τοῖς 20  
 τούτου ποσὶ προσεκίνησαν καὶ ἀνηρημένοι πρὸς βασιλέα ἠγά-

6. γειτωνίαν L.  
 ἔγνωσαν αὐτόν.

12. καταστοχόντων L.  
 20. ἐφομαρτηκότων L.

18. fort. ἐπέπερ

Theophilum tunc imperium administrantem, instanter petierunt ut sibi fieret facultas quaerendi illum qui palam in ea urbe non versaretur: ipsos autem regi indicaturos esse. Quibus lubenti animo auditis imperator per totam sciscitatus est urbem, famaue de ea re utique pervulgata spatio multorum dierum, in angustia super eo qui quaerebatur iam constitutis, quidam ex vicinia praedictae mulierculae coniunctus exstitit, a quo significabatur eam ex Persa concepisse, seque cum illo saepius conversatum, cum is ministerii functiones perageret, atque audivisse certoque cognovisse illum ex Persia esse regioque sanguine cretum: isque fertur quaesitoribus omnia de illo indicasse. Cum illi porro mulierem arripuissent cum qua ille Persa consuetudinem habuisset, atque diligenter accurateque percontati essent de eius qui quaerebatur vivendi ratione et mansione, eum quidem qui cum muliere consuetudinem habuisset iam mortuum esse testabatur: qui autem illo prognatus esset ex ea consuetudine, eum ostendebat filium duodecimum aetatis annum agentem. Quem in conspectum ipsorum progressum ceterorumque qui cum ipsis erant Persarum, ut cognoverunt, de eo ex regio caractere et ex aduncitate nasi, quae in Cyro fuerat, coniecturam facientes aliisque ipsum concomitantibus, ad eius pedes adorarunt assumptumque ad imperatorem

Itaque ab homicidio propriam utilitatem captans, et cum sciret imperium sibi divinitus, neque ut antea, datum, grates deo persolvens, inaugurat templum principum incorporeae militiae a se aedificatum, magnitudine et pulchritudine et magnificentia valde speciosum et admirandum. Quo perfecto voluntate et pietate imperatoris, in eoque sacris rite peractis, spiritali laetitia confluenta, ibidem imperatoriam coronam a manibus summi sacerdotis accipit, aliud principium sibi constituens imperii, quod auxilio archangelorum adeptus esset. Filiis etiam suis Constantino ac Leoni atque Alexandro similem coronae atque imperii gloriam tribuit: Stephanum autem patriarchali sedi consecratum in futurum desti-

Θρόνῳ πρὸς τὸ μέλλον ἀφώρισεν. καὶ περὶ μὲν τὸν πρῶτον μετὰ  
 τινα χρόνον διηλλαχότα τὸν βίον δυστυχεῖ παρ' ἐλπίδα· τούτῳ  
 D γὰρ μᾶλλον προσετιθήκει τῶν ἄλλων θυρρῶν κατὰ τὴν τῆς βασι-  
 λείας διαδοχὴν, κὰν τοῦ ἐφετοῦ οὐκ εὐστόχησεν. Λέοντι γὰρ  
 τῷ περιωνύμῳ καὶ πανευκλεεῖ βασιλεῖ τὸ τῆς βασιλείας συνετη-5  
 τήρητο μόνιμον, τῷ μετ' αὐτὸν ὁμαίμονι Ἀλεξάνδρῳ διαδόχῳ  
 γενησομένῳ κατὰ πατρικὴν θεσμοθέτησιν. φθείρουσι δὲ κὰν  
 τούτῳ τὰ φυσικὰ σπλάγγνα οἱ πονηροί, τῆς πατρῷου φιλοστορ-  
 γίας κατὰ τι πάραθυρασθείσης ἐπὶ τῷ Λέοντι μικρὸν ὅσον. καὶ  
 τὰ τῆς πονηρίας νεῦρα διακοπέντα, ἐπέπερ αὐτῇ οὐδὲν τῶν 10  
 ἰσχυρῶν παρυφίσταται, καὶ οἱ συκοφάνται κακῶς ἀπελήλανται,  
 E καὶ Λέων τῆς βασιλείας ἐγκάτοχος γίνεται καὶ τὰ πατρόθεν διω-  
 ρισμένα ἀποπληροῦ καλοκάγαθία καὶ ἀγγινοία νευρούμενος. ἀλλὰ  
 ταῦτα μὲν ὕστερον μετὰ τὴν τελευτὴν τοῦ γεννήτορος.

Ἐπεὶ δὲ διὰ μέσου χρόνου τινὸς τὰ τῶν πολέμων ἔργα κα- 15  
 τωλιγώρου, οἷά περ σκανδάλων παρεμπεσόντων τῷ πολιτεύματι  
 ὧν προμεινήμεθα, δι' ὧν ἡ Ἰσμαηλίτις ὄφρὸς ἐκορύσσετο καὶ  
 μεγίστην ἐπεποίητο τὴν ἐπίθεσιν, ὥστε μέχρι τῶν Μαλαγηνῶν  
 ἐλάσαι στρατὸν κἀκίθεν τὴν βασιλέως ἱππότιν συναγωγὴν ἀνιμή-  
 σασθαι, εἰς ἑαυτῶν μὲν στρατηγίαν ἀείμνηστον, ἡμῶν δὲ κατα- 20  
 V. 55 στρατηγίαν σιωπῆς ἄξιον. ὡς δὲ περὶ τούτων τῷ Θεοστυφεῖ  
 ἄνακτι διέγνωστο, διοκλάζειν αὐτῷ οὐ παρῆν ἐπὶ τηλικούτῳ τῷ  
 ἀτοπήματι, ἀλλὰ σπουδαίως ἐπαναιριεῖσθαι ὄντως ἐκδίκησιν τῶν

6. potius τῷ τε μετ' αὐτὸν.

15. κατολιγώρου L.

navit. Ac circa primum quidem mox vita defunctum adversa usus est for-  
 tuna praeter spem: huic enim magis erat addictus prae ceteris, sperans  
 eum imperio successurum: sed voti compos non est factus. Leoni enim,  
 inclito et gloriosissimo principi, imperium servabatur stabile, et post  
 illum fratri Alexandro, qui successor erat futurus secundum paternam ordi-  
 nationem. Corruptum autem et in hac re naturalem affectum homines  
 maligni, paterno amore nonnihil labefactato erga Leonem. Sed improbi-  
 tatis nervi incisi, cum eis nihil firmitatis inesset, atque sycophantae tur-  
 piter abacti sunt, Leoque imperio potitus est ac paternam ordinationem  
 implevit, virtute et ingenio firmus. Verum haec quidem posterius, post  
 obitum parentis.

Cum autem intermedio tempore aliquo res bellicas neglexissent, quasi  
 scandalis et offendiculis incidentibus in remp. quorum ante mentionem feci-  
 mus, ea occasione Ismaeliticum supercilium attollebatur, ipsique superbi  
 armabantur, maximamque fecerant invasionem, ut ad Malagenos usque  
 ducerent exercitum indeque imperatoris equitatum tollerent, cum ipsorum  
 bellica solertia perpetuo memoranda, nostra autem clade silentio digna.  
 Quae cum audivisset imperator a deo coronatus, haud succubuit rebus  
 tam inopinatis, verum celeriter poenas exigere studuit pro talibus factis.

οὕτως ἐνηνεγμένων. Ἀνδρέαν γάρ τινα στοχασάμενος, ἄνδρα πολύφρονα καὶ πολυπειρίας μεταδιώκοντα, οὐχ ἤτιον δὲ καὶ ἀνδρείας, κἂν ἐπεκέκρυπτο, καθὼς ἢ τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν παρεδήλωσεν, (οὗτος Σκυθῶν ἐσπερίων ἐξώρμητο) ὑποστρά-  
 5 τηγον τοῦτον τοῦ κατὰ τὸ Ὀψίκιον προτίθησι θέματος. ὃς τὸν ὑπ' αὐτὸν στρατὸν στρατηγικῶς διαθείς καὶ τοῖς πολεμίοις παρεμβαλὼν μεγίστην ἀπηνέγκατο νίκην καὶ καταβεβλήκει τέως τὴν τούτων ἀλαζονείαν, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ταῖς συγκαῖς αὐτοῦ εὐαν-  
 10 δρείαις μετὰ γε πατρικιότητα τῆς τῶν σχολῶν εὐμοιρεῖ κυριότη-  
 15 τος. καὶ πολλῶ κρείττων κατὰ τῶν ἐχθρῶν διανίστατο καὶ κατ' αὐτῶν ἄγαν ἠρίστευσεν, καὶ μετὰ τοῦτο ἐπέληπτο μαγιστρούτητος οὐ μετὰ πολλοῦ χρόνου.

Καὶ τὰ ἐκ τῆς Τεφρικῆς κακὰ καθ' ἡμῶν ἐβρενθίετο, χώραν λαβόντων τῶν ἐκεῖσε κακούργων τῆς πρὸς ἡμᾶς ἐπιθέσεως,  
 20 ἀπησχολημένους Ἀγαρηνῶν ἐν πολέμοις ἐπὶ τε γῆς καὶ θαλάσσης. ἀλλ' ὅμως περιγίνεται τῶν ἀλαζόνων αὐτοκράτωρ ὑπερμαχήσει θεῖα καὶ στρατηγεῖων ἐμπειρία κατενοδούμενος· μεθ' οὓς καὶ κατὰ Γερμανικείας ἐκστρατεύσας καὶ Σαμοσάτων, ἐκπρεπεῖς πό-  
 25 λεις Σαρακηνῶν καὶ χώρας, ἀλλὰ μὴν καὶ Μελιτηνὴν στενώσας  
 30 ἐξ ἐπιδρομῆς συνεχοῦς, κατ' αὐτῶν ἴσῃσι τρόποις, καὶ μετὰ νίκης εὐσήμου πρὸς τὴν βασιλίδα πόλιν ἐπάνεισιν.

Οὐδὲ τὰ κατὰ τὴν ἄλα διὰ Ἀφρικῶν καθ' ἡμῶν στρατεύματα ναύμαχα δι' ἠρείας ἐτύγγανεν, δι' ὧν ἐσπέρα πᾶσα κα-

18. γερμανικείας L.      *ibid.* σαμοσάτων L.

Cum enim Andream quendam ad eam rem delegisset, virum prudentem et multarum rerum usum sectantem nec minus virtutem bellicam (quamvis id non prae se ferret), ut rei veritas ostendit (is a Scythis occidentalibus erat oriundus), hunc secundarium ducem thematis Opsiciani constituit imperator. Qui arte bellica exstructo exercitu hostes aggressus maximam victoriam obtinuit deiecitque ad tempus illorum insolentiam, atque ob id, et quod assidue rem strenue gereret, post patriciam dignitatem etiam scholarum praefecturam feliciter consequitur. Multoque valentior in hostes insurgebat, remque adversus eos optime gessit. Post haec et magistri dignitatem non multo post adeptus est.

Ad haec ex Tephrica calamitates in nos iactabantur, occasionem nactis illius loci perditis hominibus nos invadendi occupatos bello cum Agarenis terra marique. Sed tamen superat superbos illos imperator auxilio divino et experientia ducum bonum successum habens. Post haec et adversus Germanicam nec non Samosata educto exercitu, insignes urbes Saracenorū ac regiones, ipsa etiam Melitena ad angustias redacta assiduis incursionibus, tropaea erigit et insignem victoriam reportans in imperatoriam urbem revertitur.

Per mare etiam Afrorum classis nos infestare haud cessavit, a qui-

ταδεδούλωτο, ἐν πόλεσι τῆς τε Σικελίας, ἔτι μὴν καὶ Λογγυβαρδίας πολυαριθμήτοις ἐπὶ ν' τε καὶ ρ', τοῦ Γαλλεριανοῦ χωρῆς. ὧν τὴν ἀνάρρυσιν ὁ αὐτοκράτωρ Βασίλειος ἀπειργάσατο Νάσαρ καὶ Προκοπίου κατ' ἐκεῖνο καιροῦ στρατηγίας ἀντεχομέ-  
**D**νων. καὶ τὸ μὲν ὄνομα Ἰταλία ἐφεῦρεν ἀπὸ Ἰταλοῦ τοῦ Σικελοῦ 5  
γενειτῆρος, τοῦ μὲν πατρὸς τῆς Ἰταλίας χώρας τοῦ δὲ υἱοῦ Σικανίας ἢ Τρινακρίας ἐγκρατῶν γεγονότων. Ἰταλία δὲ καὶ οὕτως, ἀπὸ τινος περαιωσαμένης βοός, ἣν ἀθρόαν ἰδόντες ἐγχώριοι ἐκ γῆς ἐτέρας τὸν ἀπόπλουν πρὸς αὐτοὺς ποιουμένην διωκομένην τε παρὰ τῶν κτητόρων αὐτῆς ἐβόησαν "Ἰταλὸς Ἰταλός," ὃ τῆ ἕαν- 10  
τῶν διαλέκτῳ ἐρμηνεύεται βοῦς, ἢ ἀπὸ τινος ληστοῦ Ἰταλοῦ δι' Ἡρακλέους ἐκεῖσε ἀναιρεθέντος, τὴν κλῆσιν ἠγάγετο. Λογγυβαρδία δὲ ἀπὸ τινος Λογγυβάρβου τοῦ πρώτως κατασχόντος τὴν χώραν, ἐφ' ὅτῳ καὶ μέγα ἐξήνθιστο γένειον· λόγγη γὰρ παρὰ Λογγυβάρβοις τὸ μέγα, βάρβα δὲ τὸ γένειον. 15

**E** Τὰ δὲ κατὰ Συράκουσαν διμεσολάβει χρόνων τινῶν δυστυχήματα· ἐπεπολιόρηκτο γὰρ παρὰ τῶν Ἰσμαηλιτῶν. καθ' ἣν ἐξεπεπόμφει ὁ αὐτοκράτωρ Ἀδριανὸν ἄνδρα γενναῖον σὺν ναυτικῷ πολυάνδρῳ πρὸς τὴν αὐτῆς ἀπολίτρωσιν. ὃς κατιῶν μέχρι Πελοποννήσου, Ἰέρακι οἴτῳ κατονομαζομένῳ λιμένι προσλιμενεύε- 20  
ται, παρεμποδισθεὶς ἐκεῖσε δυσπλοία χαλεπωτάτῃ ἐπὶ ἡμέρας ν'.  
**V. 56** καὶ κατὰ τοῦτον αὐτοῦ δυσφορία πιεζομένου διὰ τὴν ἐξ ἀνέμων ἐγκάθειρξιν, προσεδεδημήκει τις τῶν χρησίμων ἀγγελῶν ἐπικο-

3. ὧν B, δν L.  
τασχωῶντας L.

10. δ] ὧι, supra scripto δ, L.  
19. πελοποννήσου L.

13. κα-

bus versus occidentem omnia subacta erant, Siciliae et Longobardiae urbes plurimae usque ad cl praeter Gallerianum. Quas imperator Basilus recuperavit, Nasare et Procopio ducibus in illo tempore. Atque Italia quidem nomen invenit ab Italo Siculi parente, patre Italia, filio autem Sicania sive Trinacria potito. Sic etiam dicitur: Italia a bove advena, quem subito conspicati indigenae adnatantem ad ipsos persequentibus possessoribus clamarunt "Italus," quod illorum sermone significat bovem, aut a quodam praedone Italo, quem Hercules ibi occidit, nomen duxit. Longobarbia autem a quodam Longobarbo, qui primitus tenuit illam regionem, quia magnam barbam alebat: longa enim Longobarbis est magnum, pili autem menti barba.

Syracusarum autem calamitates quodam tempore intervenerunt: obsidebantur enim ab Ismaelitis. Eo misit imperator Adrianum, virum strenuum, cum classe numerosa, ad eam urbem liberandam. Qui profectus ad usque Peloponnesum, portum cui nomen Hierax occupat, impeditus ibi magna difficultate navigandi per quinquaginta dies. Cumque ibi retardaretur a navigatione propter inclusos ventos, accessit ad eum



μιζόμενος δυσαχθῆ, ὡς κατὰ ἐ΄ ὥραν πρὸς τὸ χθρὸς τὰς Συρακούσας ἡλῶσθαι. αἷς ἕνομα ἀπὸ τινων κτισασῶν ταύτας Ἀρχίου θυγατρῶν Σύρας καὶ Κόσσης, ἢ ἀπὸ τινος ἐκίτσε λίμνης, ἢ ἀπὸ τῆς πρὶν μὲν κρήνης Συρακοῦς νῦν δὲ Ἀρεθούσης. τοῦ  
 5 δὲ τὸ ἀληθὲς πολυπραγμονοῦντος καὶ ὁπόθεν ἐπίστασθαι τοῦτο διερευνῶντος, αὐτὸς ἀπεκρίνατο ὅτι περ “ ἐν χώρῳ ὃς Ἔλος ὠνόμασται, ἀγρὸς πάρεστί μοι ὡς ἀπὸ μιλίων ἢ πρὸς διάστημα. καὶ κατὰ τὴν παριοῦσαν ἐσπέραν καθ’ ὃν μοι περιπολεύοντι  
 10 ζῶντων δαιμόνων διακηκοῖναι φραζόντων γενέσθαι τὴν Συράκουσαν δοριόλωτον, ἐν ταύτῃ τε παρεῖναι αὐτούς, ὅθιν καὶ διατρανοῦσθαι ἀλήθειαν.” αὐτὸς δὲ πρὸς τοῦτο μὴ κατανεύων εἰς ἀπιστίαν ἐχώρει, τὴν αὐτηκοῖαν σφτεριζόμενος. καθ’ ἣν ἐν καταλήψει γενόμενος τοῦ ἀγροῦ πρῶτην καθ’ ὥραν καὶ ποιμέσι  
 15 συγκατελήφει τὸν ὠρισμένον χώρον ἐφ’ ᾧ τὰ ἀέρια τὴν διατριβὴν ἐπεποιήντο. ὢν τὴν διαγωγὴν πυνθανομένῳ τινὶ τῶν ποιμένων προσαπεκρίναντο κατὰ πόλιν Συράκουσαν εἶναι, τοῦ περιλειφθέντος Χριστιανικοῦ αἵματος ἐμφορεῖσθαι· τὸν δὲ περὶ τῶν τοιοῦτων εἰδέναι διερευνῶμενον τὸ πραχθὲν γινώσκειν, τό τε  
 20 ὄνομα καὶ τὸν ἀρχικὸν βαθμὸν ἐξεπίστασθαι. οἷς ὁ Ἀδριανὸς μὴ πιστεύων ἔτι ὑπελογίζετο ἑῷα. καὶ μετὰ ἐ΄ ἐπιούσαν ἡμέραν τὰ παρ’ αὐτῶν ὡς ψευδῆ νομιζόμενα παρὰ τῶν ἐκεῖθεν μόλις ἐλληλυθῶτων ἀληθῆ κατεφαίνετο. τῶν οὖν ἐγχωρῶν πνευ-

13. 14. ἐγκαταλήψει L.  
 πιστεύειν L.

16. ποιμαίνων L.

21. πιστεύων B,

quidam ex colonis nuntium gravem adportans, hesterno die hora quinta Syracusas captas fuisse. Quibus nomen a conditicibus earum Archiae filiabus Syra et Cossa, aut a quodam lacu ibidem, aut a fonte olim Syracone nunc Arethusa. Illo autem in veritatem inquirente atque unde id sciat interrogante, hic respondit “ est mihi in eo loco qui Helos dicitur, praedium quasi octo milliariorum intervallo. Atque heri vesperi illud obambulantī mihi occurrunt quidam ex pastoribus, et dicebant se ex daemonibus hic versantibus audivisse dicentibus Syracusas captas esse, ibique se fuisse atque inde veritatem certo comperisse.” Sed ille haud credens, fidem sibi fieri volebat proprio auditu. Quare in praedium profectus hora prima cum pastoribus definitum locum occupavit, in quo spiritus illi commorabantur. Quos cum quidam ex pastoribus interrogasset ubi fuissent, ipsi responderunt in urbe Syracusarum se fuisse et satiasset reliquiis sanguinis Christiani qui effusus esset; illum porro qui de his scire cuperet quid sit factum, se nosse, nomenque et gradum dignitatis scire. Quibus nondum credens Adrianus ea existimabat frivola. Sed post decimum quintum diem ea quae ipsi mendacia videbantur per illos qui inde aegre evaserant vera demonstrabantur. Ceterum illius loci

μάτων ἢ τοιαύτη πρόγνωσις, ἢ μᾶλλον εἰπεῖν ἢ ἐπὶ τῶν πραττομένων γνῶσις, τοῖς κατὰ τὴν αὐτὴν χώραν ἄχρι βασιλείας τοῦ εὐσεβειστάτου ὡς φασὶ Λέοντος προσμεμένηκεν. τότε δὲ στρατὸν τὸν ὑπ' αὐτὸν ναύμαχον συναείρας τῇ Κωνσταντινουπόλει ἐπιδημεῖ, καὶ ἰκέτης ἐν τινι ἱερῷ παραγίνεται ἕξαιτῶν συγκεχω-5 ρῆσθαι τοῦ σφάλματος. ἀλλὰ τῶν δειόντων ὀλιγορήσας, καὶ οὐχὶ δυσπλοία πλέον ὡς ἔφασκεν, συγγνώμης οὐκ ἔτυχεν.

**D** Ἐν δὲ τῷ αὐτῷ ἐφεστηκότει καιρῷ οἱ ἀπὸ Κυρηνάδωνος Ἄφροι Σαρακηνοὶ σὺν ὀκτάσι παμμεγέθεσιν ἕξ, αἷς χώρησις σ' ἀνδρῶν διηρίδμητο, καταστρατεύουσι καὶ δικνοῦνται Κεφαλη-10 νίας μέχρι καὶ Ζακύνθου, ἧτις πρὸς ἄνεμον Ζέφυρον κατὰ τὸν καλούμενον Ἰχθὺν ἀπονένευκεν ἕκ τε Ζακύνθου τοῦ Μέρουπος τῆς προσηγορίας τετύχηκεν. περὶ ὧν ὁ βασιλεὺς διαγνοὺς τὸν πατρικιον Νάσαρ ἐκπέμπει σὺν ναυστολίᾳ, ἄνδρα πολύπειρον, ταύτης καθηγησόμενον. τοῦ δὲ κατὰ Μεθώνην τὴν πρὶν Πήδασον 15 καλουμένην ἐπιδημήσαντος, οἱ πλεῖστοι στρατιωτῶν τῶν πλοίων

**E** ἀπέδρασαν καταλειποῦτες αὐτόν. ὁ διαγινώσκειται ταχέως τῷ βασιλεῖ, καὶ σὺν κατεπέξει σφοδρῷ παρ' αὐτοῦ τις ἀποσταλεῖς διατέτακται περὶ τὸν τόπον ἀνασκολοπισμὸν ἰδρῦσασθαι ξυλοργήματος καὶ τοὺς δραπετάς ἐν αὐτοῖς ἀνασκολοπίσαι, οὕτως τὴν 20 πρόσταξιν κατὰ τὸ ἐμφανὲς μηχανώμενος· κρυφίως γὰρ ἐν νυκτὶ τῶν ἀπὸ τῆς φυλακῆς Ἀγαρήνουσ' ἄ' προσλαβόμενος δρουγγαρίῳ

**V. 57** τῷ κατὰ τὴν αὐτοῦ φρουρὰν προεστῶτι ἐκδέδωκε, διασφαλισάμε-

### 15. πίδασον L.

spirituum praescientia, aut potius ipsorum factorum scientia, ibidem usque ad imperium piissimi Leonis, ut aiunt, duravit. Tunc igitur copias nauticis quas secum habebat congregatis Constantinopolin proficiscitur, supplexque fit in quodam templo petens veniam delictorum. Sed quod officium neglexisset, nec adeo difficultate navigandi usus fuisset, ut ipse dictitabat, veniam consecutus non est.

Eodem tempore ex Carthagine Afri Saraceni cum ingentibus navibus sexaginta, quae ducentos viros capiebant, infesto exercitu nos invadunt, perveniuntque ad Cephalemiam usque ac Zacynthum, quae ad Zephyrum versus Ichthyn spectat, a Zacyntho autem Meropis filio nomen accepit. Quo cognito, imperator patricium Nasarem, virum multarum rerum peritum, mittit cum classe duces. Qui cum ad Methonam, quae prius Pedasus dicta fuit, pervenisset, plerique militum ex navibus aufugerunt ipsumque deseruerunt. Quod mox notificatur imperatori, atque cum festinatione vehementi ab ipso aliquis missus est, iussus in eo loco furcas collocare ligneas ac fugitivos in iis suspendere; ita fieri aperte mandans: clam enim noctu ex carcere Agarenos triginta eductos drungario ac praefecto suae custodiae tradidit, severe praecipiens ne cui-

νος μηδενὶ ἔκφορον ποιήσασθαι τὸ συντεθησόμενον, ἵνα μὴ ποι-  
 νῆ ἀφορήτω καθυποβάλοιτο· ἐκεκέλευστο γὰρ αὐτῷ τῶν λ' Ἰσμα-  
 ηλιτῶν πυρὶ καὶ πίσσῃ τὰς γενειάδας, ἀλλὰ μὴν καὶ τὰς κατὰ  
 κεφαλὴν τρίχας, ἐναποφλέξαι, τὰς τε ὕψεις αὐτῶν ἀσβόλῃ ἐμπε-  
 5 ριχρῆσαι καὶ πέδαις διπλαῖς τοὺς πόδας ἐμπιέζεσθαι, καὶ τινι  
 ὥρᾳ διωρισμένης ἡμέρας μεμαστιγῶσθαι αὐτοὺς ὡς λειποτάκτας  
 πλευσίμους ἐν φραγγελλίοις δεινοῖς κατὰ τὸν ἵππόδρομον, καὶ δια-  
 συρμούςς δραπετῶν κατηγοροῖς ἐν λόγοις ὑφισταμένους διελεύσε-  
 σθαι γυμνητεύοντας καὶ ὄχονμένους ἐπ' ὄνων ἕως πυλῶν χρυ-  
 10 σωνύμων βασιλίδος τῆς πόλεως, παραφυλάξασθαι δὲ μηδένα  
 τῶν συνόντων αὐτοῖς ἐμπελάσαντα ὁμιλῆσαι. τούτων ταύτῃ B  
 προχωρησάντων κατὰ Μεθώνην προΐησιν ἀνεσκολοπίσθαι τού-  
 τους ὡς δραπέτας πολέμων ἀνάγκιδας, καὶ μὴ τινα τῶν ἐγχω-  
 ρίων ἀρχηγῶν εἴτε λαοῦ τῆς κοινότητος, ἀλλὰ μήτε αὐτὸν  
 15 προηγέτην στρατοῦ, τῶν ὁμοίων τῆς ἐχεμυθίας ἀπολιμπάνεσθαι·  
 καὶ δεσμῶται πάντες ἀνήρτητο σκόλοψιν. ἐνθὲνδε Θρηῆνος οὐχ  
 ὁ τυχὼν τῷ πατρικῷ Νάσαρ καὶ ὑπ' αὐτὸν ἄρχουσιν ἐπεγίνετο,  
 μέμψιν ἑαυτοῖς ἐπιτρίβουσι τῆς περὶ τούτους λειποταξίας, τοῦ  
 ἐκ βασιλέως διαβεβαιουμένου αὐτοῖς τὰς τε συνεύρους καὶ παῖδας  
 20 δραπετευσάντων, ἔτι μὴν καὶ γεννήτορας, τὸν αὐτοκράτορα πάν-  
 τας ἄρδην ξίφει διολοθρεῦσαι. ὡς ἐκ τοῦδε τοῦ καλλίστου σκευά-  
 σματος δι' εὐαριθμῆτων κατακρίτων Ἀγαρηῶν τὸν οἰκεῖον λαὸν C  
 ἀνασώσασθαι. περιδειῖς οὖν γεγονότες ὅ τε ναύαρχος αὐτῶν

17. καὶ τοῖς ὑπ' αὐτὸν V.

18. περὶ τούτου L.

quam enuntiaret quod strueretur, ne supplicio intolerabili subiiciatur:  
 imperavit etiam ei ut illis triginta Ismaelitibus igni ac pice barbas nec non  
 capitis capillos ambureret, faciesque eorum fuligine oblineret, ac com-  
 pedibus duplicibus pedes constringeret, utque ipsi hora certa definiti  
 diei caederentur, tanquam fugitivi ac desertores navium, diris flagellis  
 in circo, et cum exprobratione et incusatione, quod fugitivi essent, tra-  
 ducerentur nudi atque asinis inveci usque ad Aureas portas imperato-  
 riae urbis; caveretque ne quisquam praesentium accedens cum iis loqua-  
 tur. Quibus ita peractis Methonam versus eos mittit suspendendos tan-  
 quam fugitivos ac desertores belli ignavos, praecipit etiam ne quisquam  
 ex ducibus illius loci, aut etiam ex vulgo hominum, ne ipse quidem  
 summus dux exercitus, tali silentio exemptus sit: atque vincti omnes  
 suspensi sunt. Hinc lamentatio non vulgaris patricio Nasari ac ducibus  
 qui ei suberant suborta, se ipsos insimulantibus illorum desertionis,  
 eo qui ab imperatore venerat affirmante etiam coniuges fugitivorum, nec  
 non parentes, imperatorem omnes omnino gladio perditurum. Ita factum  
 hoc pulcherrimo commento ut per paucos condemnatos Agarenos suum  
 populum conservaret. Metu enim perculti, cum navarchus ipsorum Na-

Νάσαρ καὶ οἱ ὑπ' αὐτὸν ἀρχηγοὶ ὅ τε σύμπας λαός, τὸ τοιοῦτον μήποτε καὶ αὐτοὶ ὑποστήσονται, ἀναγκαίως τοῖς πολεμίοις ἀντικαθίστανται, νίκη τῇ πρὶν μεγαλειουμένοις βαρβαρικώτατα καὶ Ζάκυνθον προσεδρεύουσι. οὐκοῦν ἐπιτίθεται τούτοις Νάσαρ παρεμβالῶν, καὶ πανωλεθρίαν θεία ἰσχυρὴ καὶ βασιλέως ἐντεύξει 5 κατ' αὐτῶν τίθεται. τοῦ δὲ καθ' ἡμᾶς πλοῖμου στρατοῦ τῶν Ἀγαρηνῶν κατισχύοντος, ἕναρθρός τις βοή κοιλάδος ἤφιετο τοῖς πρόσω φοιτῶν ἐγκελευμένη. ὅθεν οἳτοι Σικελίαν πῦσαν καὶ Ἀφρικὴν, πρὸς δὲ καὶ Λογγιβαρβίαν, διαδραμόντες πολεμικῶ

**D** πρὸ καὶ παντοδαπεῖ ξίφει τοὺς ἐν τοῖς πλοίοις Ἀγαρηνοὺς κατα- 10 φλέξαντές τε καὶ δηϊώσάμενοι, καὶ ἑτέρας τὰς πρὸς ἐμπορίαν κατέσχον, ὧν ἀριθμὸν συνθέσθαι πάντως οὐ ῥᾴδιον, ἐπιφορτιζομένων εἶδη παντοῖα, πρὸς ἐπὶ τούτοις καὶ δαψιλέστατον ἔλαιον, καὶ τοσοῦτον ὡς ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις τὴν κατὰ λίτραν ὀλκὴν ὀβολοῦ πρίασθαι καὶ κατὰ θανμασιότητα πᾶσι τὰ τότε πραχθέν- 15 τα φημιζέσθαι. καὶ μάλιστα γὰρ ἐκ τῶν κατὰ τὴν Τεφρικὴν συνηλῶν, τοῦ τε Παύλου Σαμοσατέως, σὺν αὐτῷ Κούβρηκός τε καὶ Μοντανοῦ, καὶ ἄλλων αἰρετισιρχῶν διαφόρων, κατοστρω-

**E** σάντων τὸ πρότερον, καὶ καταδυναστευθέντων τὸ ὕστερον Θεοῦ βραχίονι κραταιῶ καὶ ἰκετηρίαις σὺν φροντίσμασιν ἐπαλλήλοις 20 τοῦ αὐτοκράτορος. ὃς ἕπαξ καὶ δις κατ' αὐτῶν ἐπιῶν, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἀπάσας χώρας ἐν αἰχμαλωσίαις καὶ πυρπολήσεσιν

2. ὑποστήσονται L. 3. μεγαλειουμένους L. 5. πανωλεθρίαν L.  
 7. κνλάδος L. 15. θανμασιότητα L. 17. σαμοσατέως L.  
 18. καταωρνοσάντων L. 21. κατ' αὐτὸν L.

sar, tum duces qui ei suberant, ne tale quid aliquando et ipsi perpetiantur, necessario hostibus resistunt propter superiorem victoriam superbientibus summa barbarie atque Zacynthum obsidentibus. Ergo impetum in eos facit Nasar, atque internecione caedit, divino auxilio imperatorisque apud deum intercessione contra illos. Cum autem nostra classis Agarenos superasset, articulata quaedam vox ex convalle mittebatur, ulterius pergere iubens. Unde isti per Siciliam omnem et Africam nec non Longobardiam profecti, bellico igni et omni genere caedis Agarenos in navibus comburentes et interficientes, etiam alias naves mercatorias ceperunt, quarum numerum inire haud facile est, oneratas variis mercibus, in quibus et oleum maxima copia, ita ut in illis diebus librae pondus obolo veniret, ac tanquam miracula apud omnes ea quae tunc facta essent celebrarentur. Praecipue ob collivium Tephricensium, Paulum Samosatensem, cumque eo Cubricum et Montanum, aliosque auctores haeresium ac principes varios, superbia elatos prius, sed superatos postea dei brachio forti et supplicationibus continuisque curis imperatoris. Qui semel iterumque eos aggressus, prius quidem omnibus regioni-

ἔρειπιώσας, κατὰ Τεφρικῆς ἀγωνίζεται, τινὲ χρόνῳ ἐνδιαρκέσας.  
 ἧς ἀπρακτῆσας ἐπάνεισι πρὸς τὴν βασιλείουσαν, καὶ τῷ ναῶ  
 τῶν ἀρχιστρατιῶν εἰσδύς, ὅς παρ' αὐτοῦ κατεσκευάστο, αὐ-  
 τοὺς ἰκετεύει ἐν συντριβῇ καρδίας καὶ στεναγμοῖς, μὴ πρὶν θιά- V. 58  
 5 σασθαι θάνατον πρὶν ἂν διὰ ζωῆς σχολίη τὸν κατὰ Τεφρικὴν ὕλε-  
 θρον· καὶ αὐθις κατ' αὐτῶν ἕξεισι σὺν πολυπληθέσι στρατεύ-  
 μασιν, ἐρημίαν πολλὴν αὐτοῖς ἐπαγόμενος. αὐτῆς δὲ διεργασμέ-  
 νης ἐν τῷ μεταξὺ οὐρανόθεν βρόμος τῶν φοικωδεστάτων προσ-  
 πίπτει αὐτοῖς, ὡς ἐκ τούτου τὰς τῆς Τεφρικῆς ἰδρύσεις ἐκδεδι-  
 10 νῆσθαι, καὶ τοῦ τοιοῦτου γε δειμάτος τοὺς ταύτης οἰκήτορας  
 χάριν αὐτῶν θεόθεν τελεσθέντος καθυπειληφέναι. διὰ τοῦτο οἱ  
 μὲν αὐτῶν τῷ βασιλεῖ προσεχώρουν ἔλεους δεόμενοι, οἱ δὲ πρὸς  
 τὰ ἔνδον Συρίας μεταναστεύοντο, ὡς παρὰ μικρὸν ἐξ ἀμφοῖν  
 τὴν πόλιν αὐτῶν ἐρήμην λαοῦ γεγονέναι, ἣτις κεκρύπτητο τοῦ  
 15 ταύτης προστατοῦντος καταπτοηθέντος Χρυσόχειρος.

Οὗτος γὰρ ὁ ἀλαζὼν σὺν Καρβαίᾳ καὶ Καλλίστῳ πλείστα B  
 κακὰ Χριστιανοῖς τεκτηνάμενος, ὡς καὶ ὁ τούτου πατήρ, καὶ  
 μέχρι Νικομηδείας καὶ Νικαίας αὐτῆς διελθὼν, ἀλλὰ μὴν καὶ  
 εἰς τὸ τῶν Θρακησίων θέμα διαδραμῶν, μέχρις Ἰωάννου τοῦ  
 20 θεολόγου τῆς ἐπαρχίας κατήντησεν, οὗτινος τῷ ναῶ οἱ σὺν αὐτῷ  
 ἐντυχόντες εἰσῆγαγον τὰ τε ἄλογα αὐτῶν καὶ λοιπὴν ἀποσκευὴν,  
 δυσμενῶς ἐνυβρίζοντες. πρὸς οὖν τὸν Χρυσόχειρα γράφει ὁ βα-  
 σιλεὺς εἰρήνην συνθέσθαι, οἷα τὸν τρόπον εἰρηρικὸς ὑπάρχων καὶ

1. ἔρειπιώσας L.

5. σχολίη L.

11. καθυπειλήφαι L.

15. καταπτοηθέντος L.

bus, populando et captivos abducendo, vastatis, Tephricam oppugnat aliquandiu, sed cum nihil proficeret, revertitur in imperatoriam urbem, ingressusque templum principum caelestis militiae, quod ipse aedificaverat, illis supplicat in contritione cordis et suspiriis, ne prius videret mortem quam Tephricam exitio dedisset. Atque rursus adversus eam profisciscitur cum maximis copiis, vastitatem magnam inferens. In cuius expugnatione de caelo fremitus maxime terribilis in eos ingruit, ut ex eo Tephricae structurae concuterentur atque eiusmodi terrorem incolae eius ipsorum causa divinitus factum existimarent. Quare alii eorum ad imperatorem se contulerunt misericordiam orantes, alii in intimam Syriam migrarunt, ut sic utrinque urbs eorum, ab hominibus deserta, vacua fieret, quae subacta est duce eius Chrysochire in terrorem coniecto. Iste enim homo insolens cum Carbea et Callisto plurima mala Christianis intulit, sicut et eius pater, atque Nicomediam usque ac Nicaeam ipsam profectus, per Thracensium etiam thema, usque ad Iohannis theologi regionem pervenit. Cuius templum ii qui cum illo erant intrantes introduxerunt equos suos et impedimenta, hostiliter insultantes. Igitur ad Chrysochirem scribit imperator pacis componendae causa, ut qui erat

εὐσπλαγχνος ὄντως, κατὰ τὸ λόγιον τὸ φάσκον “γίνεσθε πρὸς ἀλλήλους χρηστοὶ καὶ εὐσπλαγχοὶ, χαρίζομενοι ἑαυτοῖς καθὼς  
 C καὶ ὁ Χριστὸς ἡμῖν ἑαυτὸν ἐχαρίσατο,” καὶ αὐταρκεσθῆναι  
 ἐφ’ οἷς ἐπεπόνητο, εἰληφέναι τε παρ’ αὐτοῦ χρυσόν τε καὶ ἄρ-  
 γυρον καὶ ἐσθῆτας, καὶ αἰχμαλωτίζειν καὶ κατασφάττειν Χρι-  
 5 στιανοὺς ἀνακόψαι. ἀλλ’ ὁ Θρυσόφρων καὶ ἄπιστος τοῖς εἰρη-  
 ναίοις λόγοις οὐ πείθεται· διὸ καὶ ἀντιγράφει τῷ βασιλεῖ ὡς  
 “εἴπερ ἐθέλοις, ὦ βασιλεῦ, μεθ’ ἡμῶν εἰρήνην ἐπιτελέσαι,  
 ἀπόστηθι τῆς κατ’ ἀνατολὴν ἔξουσίας σου, τῆς δὲ πρὸς δύσιν  
 ἀντέχου, καὶ εἰρηνεύσομεν μετὰ σοῦ· εἰ δὲ μή, σπεύσομεν ὅπως  
 10 ἵνα σε καὶ τῆς βασιλείας ἔξοστρακίσωμεν.” τῆς οὖν ἀπονοίας  
 αὐτοῦ ὁ βασιλεὺς διαισθόμενος ἐφιλοσόφησε σιωπῆν, μηδὲν ἔτι  
 αὐτῷ ἀντιγεγραφῶς.

Λοῦσι δὲ χρόνοις παρελκυσθεῖσιν ὁ Χρυσόχειρ ἐξῆλθε σὺν  
 τοῖς ἰδίοις στρατεύμασι μέχρις Ἀγκύρας τῆς πόλεως καὶ αὐτῶν  
 D τῶν κομμάτων, λαφυραγωγίαν ἑαυτῷ πολλὴν προσηκόμενος,  
 καὶ ἐπάνεισιν. ὁ δὲ καθηγεμὼν τῶν σχολῶν διασηματίζων μί-  
 λιον ἐν τὴν παραδρομὴν ἐσκευάζετο· ἐδεδοίκει γὰρ πλησιοφανῆ  
 τὴν παραδρομὴν παραδείκνυσθαι. ὁ δὲ Χρυσόχειρ κατηντηκῶς  
 τῷ τοῦ Χαρσιανοῦ θέματι εἰς Ἀγράνας ἐσκήνωται, εἰς τὸ Σίβο-  
 20 ρον δὲ ὁ δομέστικος· καὶ τοῖς στρατηγέταις τῶν τε Ἀρμενιακῶν  
 καὶ τοῦ Χαρσιανοῦ προστίεταχε διειπών “ἄρατε τοὺς ὑπὸ χεῖρα  
 τελοῦντας ὑμῶν ἄρχοντας, καὶ καλλίππους τινάς, καὶ δαπάνας  
 ὡς ἡμερῶν ἑβ’, καὶ παρατρέχετε τὸν Χρυσόχειρα μέχρι τοῦ Βα-

#### 10. σπεύσομεν L.

pacificus et vere misericors, secundum oraculum quod ait “estote invi-  
 cem benigni et misericordes, donantes invicem, sicut et Christus nobis  
 se ipsum donavit:” esset contentus iis quae acquisivisset, acciperetque  
 ab ipso aurum et argentum et vestes, ac desineret captivos ducere et  
 trucidare Christianos. Sed homo ferox et infidelis pacificis verbis non  
 permovetur. Quare etiam rescribit imperatori “si cupis, imperator, no-  
 biscum pacem inire, relinque orientis imperium, et tantum occidentale  
 serva: sic pacem agemus tecum. Si minus, conabimur te omnino regno  
 eiicere.” Hanc eius amentiam imperator sentiens sapienter tacuit nec  
 amplius rescripsit.

Duobus autem annis elapsis venit Chrysochir cum suo exercitu us-  
 que ad Ancyram urbem et ipsa Commata, praedaeque multa potitus re-  
 vertitur. Ceterum domesticus scholarum intervallo unius diei distans sub-  
 sequi desinebat: verebatur enim subsequi et conspici. Chrysochir autem  
 in Charsiani thema venit, et ad Agranas castra metatur, domesticus au-  
 tem ad Siboron. qui praetoribus Armeniacorum et Charsiani praecepit  
 dicens “tollite duces qui vobis subsunt, et equites aliquos bonos, vi-  
 ctumque quasi dierum duodecim, et subsequimini Chrysochirem usque ad

θυρούακος· καὶ εἰ μὲν διαιρήσας λαὸν εὐπληκτον παραπέμψοι τῷ  
 τῶν Ἀρμενιακῶν ἢ τῷ τοῦ Χαρσιανοῦ θέματι, κατάδηλον ἡμῖν  
 τοῦτο ποιήσατε· ὅτε δὲ ἀποκινήσοι τοῦ Βαθυρούακος; ὑποστρα-  
 φέντες ἤκατε πρὸς ἡμᾶς.” ἀπελθὼν τοίνυν ἐσπέρας ὁ Χρυσό-  
 5 χειρ ἐσκήνωσε κάτω, οἱ δὲ στρατηλάται εἰς τὸν ζυγὸν προσανέ-  
 βησαν καὶ ἠύλισθησαν εἰς τινα τόπον κατονομαζόμενον Ζωγο-  
 λόγηρον· οὗτος γάρ ἐστιν ἐκ πετρώδους συμπήξεως δυσανάβατος,  
 ἐν ᾧ ὄλη πολύδενδρος πέφυκεν. τῶν οὖν εἰρημένων στρατηλα-  
 τῶν ἕκαστε διαναπαυσάμενων, φιλονεικία τις ἀνέκυσεν ἀνδρική V. 59  
 10 τῶν ἀρχόντων ἀλλήλοις ἀντιριζόντων τίνες ἂν εἴεν κρείττους, πό-  
 τερον οἱ ἀπὸ τοῦ τῶν Ἀρμενιακῶν θέματος ἢ τοῦ Χαρσιανοῦ  
 ὠρημένοι. τῶν οὖν Χαρσιανιτῶν φιλονεικούντων τὰ πρεσβεῖα  
 ἑαυτοῖς τῆς ἀνδρείας ἐπιδοῦναι ἢ τοῖς ἑτέροις, οἱ Ἀρμενιακοὶ εἶ-  
 πον πρὸς αὐτούς “τί φιλονεικεῖν ἔτι περὶ ἀνδρείας ἐκ λόγων βου-  
 15 λόμεθα; πρακτικῶς τοῖς πολεμίοις παρεμβάλωμεν ἄμφω· καὶ  
 τότε φανερωθεῖη ἕκαστος ἡμῶν, ὁποῖος ἑτέρου καθίστηκεν ἀν-  
 δρειότερος.” οἱ δὲ στρατηγέται διάκηκοῦτες περὶ τῆς ἀμίλλης  
 αὐτῶν, δι’ αὐτῶν δὲ καὶ τῆς τοῦ λαοῦ προθυμίας συνευδοκού-  
 σης αὐτοῖς, ἤγαγον καὶ εἰρήκεσαν “προθυμεῖσθε, ὧ ἄνδρες  
 20 ἀνθάμιλλοι, ἵνα τοῖς πολεμίοις, θεοῦ συνεργούντος, προσβάλω- B  
 μεν.” πρὸς οὓς γενναιοφρόνως ἐξεῖπον “ναί, καὶ διὰ τοῦτο  
 ὄρκω μεγίστῳ τῆς βασιλικῆς κεφαλῆς περιδεσμοῦμεν ὑμᾶς, ὅπως  
 συμπλακῶμεν αὐτοῖς. ὁ γὰρ τύπος ἐν ᾧ ἐρηρέσαμεθα, τῶν ἐχ-

13. ἑταίροις L.

15. παρεμβάλομεν L.

Bathyrhyacem. Et si quidem partem aliquam exercitus quae facile su-  
 perari possit miserit in Armeniacorum aut in Charsiani thema, signifi-  
 cate id nobis: si autem discesserit a Bathyrhyace, revertentes venite  
 ad nos.” Vesperi igitur profectus Chrysochir castra posuit in inferiore  
 loco, praetores autem nostri in iugum montis adscenderunt manseruntque  
 in quodam loco Zogoloenon dicto: est enim propter rupes adscensu dif-  
 ficilis habetque densam silvam. Ceterum praetoribus ibi quiescentibus  
 contentio quaedam exorta est de fortitudine, ducibus inter se rixantibus  
 utri potiores essent, utrum ii qui sunt ab Armeniacorum, an ii qui sunt  
 a Charsiani themate. Cumque Charsianitae contenderent primas fortitu-  
 dinis sibi potius deferendas esse quam alteris, Armeniaci dixerunt ad  
 eos “quid amplius contendere de fortitudine verbis cupimus? reipsa hos-  
 tes aggrediamur utrique: atque tunc apparebit qualis quisque nostrum  
 sit et quis altero fortior.” Praetores quoque cum audivissent de certa-  
 mine istorum et ex iisdem intellexissent militum alacritatem, quae ipsis  
 placebat, duxerunt eisque dixerunt “vultisne, o aemuli, ut hostes deo  
 cooperante aggrediamur?” Quibus alacri animo responderunt “ita: et  
 propterea iureiurando maximo per imperatoris caput nos obstringimus ut  
 confligamus cum illis. Locus enim in quo siti sumus est munitissimus,

ρωτάτων· ἔξ οὗ εἴ περ τι κατ' αὐτῶν γενναῖον καταπραξαίμεθα, τοῦτο ἡμῖν ἐστὶν εἰς τρόπαιον· εἰ δὲ μή, κατ' οὐδὲν παρ' αὐτῶν πημανθείημεν.” τότε δὴ τότε οἱ δύο στρατηγέται διείλον ἄνδρας μέχρι ἑκτῆς ἑκατοντάδος, τοὺς δὲ λοιποὺς παρήκαν ἐν ταῖς σκηναῖς τῶν ἀρχηγῶν αὐτῶν σὺν φλαμούλλοις, καὶ τοῦτοις 5  
**C** διησφαλίσαντο ἐπειπόντες “ἡμεῖς μὲν τῷ φωσάτῳ παρεμπελάσομεν ἐπιτρέχοντες, καὶ ὅταν τὴν ἄφιξιν πρὸς ἡμᾶς ἀπευθύνωσι, παρεμβαλοῦμεν αὐτοῖς· καὶ εἰ μὲν ὀρμήσουσι κατέναντι ἡμῶν, ἐξέλθετε ἄντικρυς καὶ μεγάλως κερράξατε, πλείστον λαοῦ βοὴν ἐνσημαίνοντες, ὅπως ἐκ ταύτης εἰκάσειεν τὸν τῶν σχολῶν ἔξηγου- 10  
 μενον μετὰ τῶν θεμάτων ἐφεστηκέναι.” τῇ οὖν ὑφηγήσει ταύτη κεκινηκότων τῶν στρατηγῶν καὶ παρεμπεπτωκότων ἐκ τοῦ σῦνεργος τοῖς ἐχθροῖς πρὸ τοῦ τὴν ἡμέραν τρανῶς ἐπιλάμψαι τοῖς τῶν τυμπάνων κρούμασιν ἐπεκίνησαν. ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν μετὰ τοῦ Χρυσόχειρος . . . ., οἱ δὲ τὰ φορτία τοῖς ὑποζυγίοις ἐκούφιζον. 15  
**D** τούτων οὕτως μεριζομένων οἱ στρατηγέται σὺν τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἄρχουσιν ἐπέθεντο κατ' αὐτῶν, καὶ φωνῇ βριαρᾷ “σταυρὸς νενίκηκεν” οἷον πολεμικῶς ἐτυμπάνισαν. οὗτοι δὲ τῇ ἀθρόα προσβολῇ καταπτήξαντες ἀμεταστρεπῆτι τῆς φυγῆς εἶχοντο, μηδὲ ὄρᾶν καὶ πολυπραγμονεῖν ἀνεχόμενοι τίνες διώκται τούτων ὑπάρ- 20  
 χοιεν, ἀπὸ τοῦ Βαθυρούακος διωκόμενοι ἐπὶ μιλίοις λ' ἕως τοῦ κατωνομασμένου Κωνσταντίνου βουνοῦ, χαλεπῶς συγκοπτόμενοι.  
 Καὶ ὁ Χρυσόχειρ ὀλίγους τινὰς μεθ' ἑαυτοῦ προσλαβόμε-

7. ὑμᾶς L.  
 τὸ L.

8. ὑμῶν L.

9. fort. γε κρᾶξατε.

10. τὸν]

ex quo si strenue rem gesserimus adversus eos, eo ipso victoriam consequemur: sin minus, nulla ab ipsis clade afficiemur.” Tunc igitur tunc duo praetores separarunt viros ad sexcentos, ceteros reliquerunt in tentoriis ducum ipsorum cum vexillis, atque his praeceperunt dicentes “nos quidem castris hostium propinquabimus, atque si obviam nobis venerint, aggrediemur eos: si vero impetum in nos fecerint, exite ex castris, et vehementer clamate, maximae multitudinis clamorem exprimentes, ut inde suspicentur domesticum scholarum cum thematibus adesse.” Secundum hoc igitur praeceptum cum praetores exivissent cum suis atque propius ad hostem accessissent antequam dies plane illuseret, isti tympanorum sonitu cientur. Sed partim cum Chrysochire erant, partim onera iumentis tollebant. Quibus ita divisus, praetor cum suis ductoribus eos aggrediuntur, ac voce magna *crux vicit*, quasi bellicum intonarunt. At isti subito in cursu territi, terga dantes fugam arripiunt, nec videre nec explorare sustinentes quinam ipsos persequantur, cum a Bathryhyace fugerent ad triginta milliaria usque ad Constantini collem, multis interea caesis.

Etiam Chrysochir cum paucis quibusdam quos sibi adiunxerat fugae



νος φυγαδεῖαν ἠσπάσατο· ἐπιφθάνει τοίνυν αὐτὸν ὁ Πουλλάδης,  
 ᾧ τοῦτο παρῆν ὄνομα περιβόητον, πῖλον ἐνδεδυμένος· προεκε-  
 κράτητο δὲ κατὰ Τεφρικήν καὶ κατὰ χαριεντισμὸν τῷ Χρυσόχειρι  
 προσωκείωτο. ὡς οὖν ἐωράκει τοῦτον, ἐλέγγω καὶ ἐκικράγει  
 5 διαπρυσίως “ ὦδε οἱ στρατηγέται, ὦδε ὁ τῶν σχολῶν ἐξηγούμε-  
 νος ἴτω.” ἄπεισιν ὁ Χρυσόχειρ, καὶ πρὸς τὸν Πουλλάδην ἐφώ- **E**  
 νησεν “ ἄθλιε ᾧ Πουλλάδη, τί σοι φαῦλον ἐνεδειξάμην; μᾶλ-  
 λον μέντοιγε πλείστα σοι χρηστὰ εἰργουσύμην. ἄπελθε, καὶ μὴ  
 μοι πρόσκομμα εἴης.” ὁ δὲ ἀντέφη αὐτῷ “ ἐγὼ γινώσκω, Χρυ-  
 10 σόχειρ, ὅτι πλείστα καλὰ μοι πεποίηκας, καὶ εὐελπιστῶ τῷ σω-  
 τῆρι μου θεῷ κατ’ αὐτήν γε τὴν ἡμέραν ἀποδοῦναι σοι τὰ χαρι-  
 στήρια.” ἰππάζων δὲ ὁ Χρυσόχειρ εὐρίσκει τάφρον πρὸς τοῖς  
 ἐνωπίοις αὐτοῦ, ἣν ὁ ἵππος αὐτοῦ ὑπερπηδᾷν . . . . . τούτου **V. 60**  
 διώκλαζεν. ὄθεν ὁ μὲν Χρυσόχειρ τοῦ λοιποῦ ὄραν τὸν Πουλ-  
 15 λάδην οὐδ’ ὕλως ἐφρόντιζεν, ἑώρα δὲ μᾶλλον κατέναντι αὐτοῦ,  
 ἵνα μὴ τῷ τῆς τάφρου περιπέσειεν πτώματι· καὶ λαθραίως αὐ-  
 τὸν ὁ Πουλλάδης κατὰ τὴν μασχάλην τιτρώσκει κοιτῶ· οὗ τῆ  
 πληγῆ τυραχθέντος ὁ ἵππος παρέσφηλέ τε καὶ αὐτὸν ἀπεκρήμι-  
 σεν. καταβῆς οὖν ὁ τῶν πρὸς θεραπείαν αὐτοῦ οἰκειότατος, ᾧ  
 20 Διακονίτζης τὸ φημιζόμενον, (ὃν Λέων ὁ ἀοιδίμος βασιλεὺς ἀλ-  
 λωιωθέντα τὴν πρὸς τὸ κρεῖττον ἀλλοίωσιν ἐκ τῆς μυσαρῆς θρη-  
 σκείας τῶν Παυλιανιστῶν, προεχειρίσατο μηνσουράτωρα, ὅπερ  
 φωνῆ Ῥωμαίων οὕτω προσαγορεύεται) καὶ τούτου τὴν κεφαλὴν  
 βαστάξας ἤξιωσε κομιδῆς ταύτην ἐνθεῖς τοῖς αὐτοῦ γόνασιν· ὃν **B**

1. πουλλάδης ᾧ τούτῳ L.

6. εἴτω L.

19. ᾧ] ὁ L.

22. μηνσουράτωρα L.

intentus erat. Hunc assequitur Pullades quidam, ut vocabatur celebri  
 nomine, pileo indutus: captivus autem fuerat in Tephrica, cumque lepi-  
 dus et festivus esset, in familiaritatem Chrysochiris venerat. Ut igitur  
 hunc vidit, agnovit clamavitque magna voce “ huc praetores, huc dome-  
 sticus scholarum veniat.” Evadit Chrysochir atque ad Pulladem dicit  
 “ quid, miser Pullades, mali tibi feci? potius quidem plurima beneficia  
 in te contuli. Abi, ne mihi sis offencilo.” At is respondit “ equidem  
 scio, Chrysochir, quod plurimis beneficiis me affecisti: et confido salva-  
 tori meo deo, hac die me tibi gratiam relaturum.” Porro Chrysochir  
 equitans invenit fossam sibi obiectam, quam equus eius transilire reformi-  
 davit et titubavit. Unde Chrysochir iam ad Pulladem respicere plane  
 non cogitavit, sed magis ante se videbat, ne in fossam incideret: atque  
 Pullades eum clam sub axilla vulnerat conto: qui cum perturbaretur hoc  
 ictu, equus eius commotior factus eum deiecit. Desiliens igitur equo ex  
 ministris eius coniunctissimus Diaconitzes nomine, (quem Leo laudatissi-  
 mus imperator conversum a cultu abominabili Paulinistarum ad meliorem,  
 constituit mensuratorem, ut Romanorum sermone vocatur) eiusque caput  
 tenens fovebat et curabat genibus suis impositum. Supervenientes autem

εὐρηκότες οἱ στρατηλάται κατέσχον καὶ διατεμόντες αὐτὴν σπουδαίως τῷ Θεοστέπῳ ἄνακτι Βασιλείῳ ὡς δῶρον ἀνέπεμψαν.

Περὶ δὲ τὰς κοινωφελεῖς πράξεις τοιοῦτος ὑπῆρχε μεριμνηματικώτατος ὁ βασιλεὺς, μετὰ γε πλείστων τῶν παρ' αὐτοῦ διαπεπραγμένων, ὥστε κατὰ τὸν ἐγκρατείας καιρὸν ἐπὶ ἐβδομασίαις 5 αὐτῆς, μετὰ τὴν συγκλητικὴν τῶν βασιλείων ἀπαναχώρησιν, εἰσεῖσθαι τῷ σεκρέτῳ, ἔνθα αἱ εἰσπράξεις τῶν δημοσίων πεφορολόγηται, κάκεισε τὰς συμπιπτούσας ἀμφισβητήσεις πραγματικῶς διαλύεσθαι.

Ἐν δὲ ταῖς κατὰ κυνηγεσίαν καὶ σφαιρισμὸν ἀχθοφορίαν τε 10 καὶ πρὸς ἄλματα γενναϊότησι πάνυ περιδέξιος ἦν ὁ ἄναξ Βασίλειος, ὥστε κατὰ κυνηγεσίαν μὲν καθυπερερεῖν τῶν Κενταύρων, κατὰ δὲ σφαιρισμὸν Ἀλκινόου τοῦ βασιλέως ὑπερβάλλειν τοὺς σφαιριστάς, κατὰ πάλην Ἀρισταίου καὶ Αἰακοῦ ἀλκιμώτερους καὶ αὐτοῦ Ἡρακλέους ἐφάμιλλος, ὑπεραναβεβηκέναι δὲ τοῖς πηδῆ- 15 μασιν Ἀχιλλέως, κατὰ τε τὸ φέρειν ἄχθη ῥαδίως χερσὶ πολλῶ διενηνοχέναι τοῦ Ἑκτορος, ὡς καὶ ἐπ' αὐτῷ, καὶ δίχα τοῦ ἀγκυλομήτου Διὸς ἐν τῇ ἄρσει τὸ ἄχθος κουφίζοντος, τὸ ποιητικὸν ἔπος προσαρμοσθήσεται,

τὸ δ' οὐ κε δὴ ἀνέρε δῆμον ἀρίστῳ

ῥηϊδίως ἐπ' ἄμαξαν ἀπ' οὐδεὸς ὀχλίσειαν,

οἶοι νῦν βροτοὶ εἰς· ὁ δὲ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος·

Ἐν δὲ τῷ δισκεύειν Ἀλιμῆδου καὶ Ὀδυσσεὺς ὑπέρτερος, Ἐρεχθέως 20 δὲ καὶ Κέλμητος καθ' ἵππασίαν τεχνημονέστερος, Εὐρυμέδοντός τε

3. κοινοφυλεῖς L.

4. παρ' αὐτῶν L.

15. ἠρακλέως L.

16. τὸ om. L.

ibid. πολλῶν L.

21. 22. ὀχλίσειαν οὐ νῦν

βροτοὶ εἰς· ὁ δὲ μὴν ῥέα πάλλε L.

praetores occupant, caputque amputant, quod imperatori a deo coronato tamquam donum miserunt.

Erat autem in publicis commodis et reip. negotiis curandis imperator diligentissimus, cum plurimas res gereret, ita ut tempore ieiunii in eius hebdomadibus post discessum senatorum ex regia, intraret in secretum, ubi vectigalia et reditus publici colliguntur; quaeque ibi intervenire controversiae, eas diiudicaret.

In venatione porro et pila et onerum gestatione et saltibus omnino excellebat Basilius imperator, ita ut in venatione superaret Centauros, in pila Alcinoi regis iuvenes pila ludentes vinceret, in lucta Aristaeo et Aeaco valentior ipsique Herculi par esset, praeverteret saltibus Achillem, atque in tollendis facile manu oneribus multum praestaret Hectori, ita ut et in ipsum, etiam sine ope cati Iovis attollentem onus, quadraret poetae carmen, *Vix illud bini praestantes robore cunctis De terra in currum possent subvolvere, quales Nunc homines vivunt, tulit ipse quod ut leve solus*; in disco autem iaciendo Halimede et Ulysse superior, Erechtheo et Celmete equitandi peritior, Eurymedonte atque Alcione

καὶ Ἄλκμονος κατὰ πυγμαχίαν στερρότερος, περὶ τε δρόμον Ἀριστομέδοντος Δικταίου τε καὶ Πριάσον ὠκύτερος, καὶ ἐν τῷ τοξάζεσθαι Ὑμεναίου καὶ Ἀστερίου πολλῶ εὐστοχώτερος. ἔξ ὧν ὀλίγιστα διαγράψομαι.

5 Τῷ βασιλεῖ ποτὲ περὶ Θήραν ἐνδιατρίβοντι ἔξ ὕλης τις παμμεγέθης ἔλαφος εἰς μέσον πεφοίτηκεν, οὗ τῶν ὀπισθίων ποδῶν ἐπαφείς κορύνην ὁ βασιλεὺς καὶ κατεντυχήσας τούτους διέθλασεν. τὸ αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ ἐπὶ λύκῳ κατεπεπράχει. σφαι- E  
ρίζοντων δὲ κατὰ τὸ πρὸς τὰ βασίλεια μέσανλον ἢ κατὰ χώρον  
10 ἵππων ἀμιλλητήριον, οὐδέποτε τῆς σφαίρας ἀποιτεύγει, καὶ  
τοι πολλῶν διαμιλλωμένων καὶ ἐπεμβαινόντων τῇ παιδιᾷ· καὶ  
τοσοῦτον ἐπιτυχῶς καὶ γενναίως τὰ τῆς σφαίρας αὐτῷ . . . . .  
ὥστε πολλάκις τυπτήσαντι ταύτην ἀπ' ἄκρας ἀλῶνος διαβιβα-  
σθῆναι ἔξω κατὰ πολὺ γε τοῦ τέρατος, ὡς μὴ ταίτην ὀρᾶσθαι V. 61  
15 τὸ σύνολον. ἐμεγαληγορεῖτο δὲ καὶ τῷ ἀρχηγῷ Βουλγάρων πα-  
λαιστρικός, ὃς κατὰ παλαιστραν ἐκέκτητο τὸ ἀήττητον· τοῦτον  
πρὸς τὴν βασιλίδα θαρροίντως ἐκπέπομφε πειρασθῆναι δυνα-  
στεύοντος. ἐπὶ τούτῳ δυσφόρως εἶχεν ὁ βασιλεὺς, ἀλλὰ τὴν  
δυσφορίαν εἰς τὸ εὐφορον μετερέθμισεν, ἑαυτὸν καθεὶς τῇ πα-  
20 λαιστρᾷ, πλὴν μετὰ προσηκούσης τῆς ἐπικρύψεως· μετασχημα-  
τισθεὶς γὰρ τῶν βασιλικῶν ἐσθήτων τῷ παλαίοντι πρόσεισι. καὶ  
ὁ μὲν Σκύθης τὸν Μακεδόνα μειωρίσει μὴ ἐνδεδωκότα τῇ ἄρσει  
διήμαρτεν· ὁ δὲ τοῦτον χερσὶ γενναίαις ἐτοίμως διάρας σφοδρῶς  
τε περιδινήσας ἐπαγκυλλίεται, καὶ κατὰ γῆν πτώμα ῥίπτει παμ-

9. ἢ καταχῶρον L.

17. ἐκπέπομφαι L.

pugilatu firmior, in cursu Aristomedonte Dictaeoque ac Priaso velocior, in sagittando Hymenaeo et Asterio longe dexterior. Ex quibus paucissima adscribam.

Cum imperator aliquando in venatu esset, e silva cervus ingens in medium venit, cuius posteriores pedes coniecta clava confregit. Idem illud et lupo fecit. Pila autem cum luderent in atrio ad regiam aut in Circo, nunquam aberravit a pila tangenda, quamvis multis certantibus et intervenientibus ludo: tamque dextre et valide id faciebat, ut saepe percussa pila a supremo spatio longe ferretur ultra terminum, ut nec conspiceretur omnino. Porro luctator erat apud Bulgarorum ducem in magna existimatione famaue celebris, tanquam invictus in luctando. Hunc ille non dubitavit in imperatoriam urbem mittere, ut periculum faceret an potioem posset invenire. Eam rem moleste ferebat imperator, sed molestiam illam removet, ipse demittens se ad luctandum, verum tamen cum decente occultatione: mutato enim imperatorio ornatu in arenam descendit adversus luctatorem. Ac Scythia quidem Macedonem sublimem tollere minime cedentem haud valuit: verum iste illum manibus robustis facillime tollens valide circumactum in terram deiecit, prostra-

**B** μέγεις, ὥστε πλείστοις μὲν ὕδασι, δαφιλέσι δὲ οἴνοις, πρὸς δὲ ταῖς ἐκ ῥόδων σταγόσιν ἐγκατομβρούμενον μόλις που τῆς νεκρώσεως ἀπηλλάχθαι, ὧτων τε καὶ ῥινῶν ἐκβλύσαντος αἵματος· ὡς ἐνθένδε κατὰ πολὺ θαυμάσαι τοὺς παρόντας τὸ γεγονός, ὃ καὶ μέχρι τοῦ νῦν ἐκτεθρύλληται.

Ἐν οἰκτιρμοῖς δὲ πενήτων πλούσιος ἦν ἐπιχορηγῶν πλουσίως τὸν ἔλεον, νοσοκομείων γηροκομείων τε καὶ πτωχοτροφείων πολυειδῶν ἐγκαινίσμασιν. οὐ μὴν δὲ τούτοις μόνοις ἐνέμενεν, ἀλλὰ καὶ θεῖους ναοὺς σαθρωθέντας τῇ παλαιότητι πρὸς νεότητος μετῆλλοιῶκει στερρότητα, ἐπιθεῖς κοσμιότητα. ὥστε οὐ μόνον τῶν κατὰ σῶμα τῆς ἐπιμελείας διὰ φροντίδος ἔχειν αὐτόν, ἀλλὰ καὶ τῶν κατὰ ψυχὴν ἐπισπεύδειν. καὶ γὰρ οὐχ ἡγεῖτο συμ-  
**C** φέρον, κατὰ τὴν ἀγορὰν ἢ φόρος προσαγορεύεται Κωνσταντίνου, περιόντος λαοῦ, σύρμασιν ὕλης τοῦτον ὄλως ἐνίσχεσθαι καὶ τῶν περὶ θεοῦ ἐκλελῆσθαι· δι' ὃ καὶ ναὸν ἐν ταύτῃ προσπήγνυσιν, 15 ἐφ' ᾧπερ ἡ θεομήτωρ δημοσίᾳ τετίμηται, μετρίῳ μεγέθει καὶ ἀμέτρῳ κάλλει διηρυγασμένον.

Τοιοῦτος ὁ μεγαλοργὸς ἄναξ Βασίλειος, καὶ τοσαῦτα τὰ ἐκείνου μεγαλοργήματα. ἀλλὰ προκυτασχεθεῖς τηκεδόνι τῇ ἐκ διαροίας γαστρὸς, κατ' ἄγραν ἐκ τινος περιπτώσεως, ἔπειτα 20 πυρετοῦ καυσώδους ἀναφλεγέντος αὐτῷ ἀνικμῶντος ζωτικὴν πᾶσαν ὑγρότητα τῶν πρὸς φύσιν ἐνότων, διαπεφῶνηκεν, συμβασιλεύσας μὲν τῷ Μιχαὴλ ἔτος ἓν, αὐτοκράτωρ δὲ βιοὺς 19 ἔτεσιν.

14. περιόντος λαοῦ συρμασιν L.

15. ἐκλελύσθαι L.

19. τῇ

ἐκδιαροία L.

tum casu maximo, ita ut multa aqua ac vino guttisque rosaceis rigatus vix a deliquio animae liberaretur, ex auribus manibusque manante sanguine; ut id factum magnopere admirarentur praesentes, quod adhuc etiam fama celebratur.

Sed et misericordia erga pauperes dives ditia praestabat beneficia, dum aedificia varia pro invalidis senibus atque egenis curandis fovendis atque alendis instaurat. Nec hic substitit, sed sacras etiam aedes vetustate labefactatas renovavit, additis ornamentis; ita ut non solum corporis haberet curam, verum etiam animae. Non etiam ducebat conveniens, forum quod Constantini dicitur, versante ibi populo quisquiliis materiae totum teneri et a sacris rebus esse abalienatum: quare templum ibi exstruit honori deiparae dedicatum, magnitudine modica, sed pulchritudine mirum in modum fulgens.

Talis erat ille magnificus imperator Basilius, tantaque eius magnifica opera. Verum enim vero cum invasisset eum tabificus morbus ex profluvio ventris subsecuto casum quandam in venatione, deinde febris ardens exorta esset consumens omnem vitalem ac naturalem humorem, mortuus est, cum imperasset cum Michaele simul unum annum, solus autem imperator vixisset novendecim annos.

[STEPH. BERGLERI]

AD

IOSEPHI GENESII

DE REBUS

CONSTANTINOPOLITANIS

LIBROS QUATUOR

NOTAE.



Pag. 3. l. 2. *ed. Bonn.* Eiusdem Const. Porph. iussu scripta est V. 65 Chronographia post Theophanem. Sed hic noster aliquanto prius scripsisse videtur.

Ibid. 11. ἐμαντό] Ita scriptum. In margine Bosiani apogr. coniectura, ἐμαντῶ.

Pag. 4, 9. De hoc bello noster infra f. 6. [p. 12, 1.]

Ibid. 11. Cedrenus etiam p. 483. D. edit. Paris. et Zonaras p. 127. C. edit. Paris. culpa Leonis victos fuisse Romanos tradunt.

Ibid. 15. De hac discrepantia huius historiae et Chron. post Theoph. sive Continuatores p. 10. C. edit. Paris.

Ibid. 22. καθυπερέρησιν] νίκην.

Pag. 5, 6. Mera simulatio fuit. Zonaras p. 128. A. edit. Paris.

Ibid. 13. Cedrenus p. 484. C. D. edit. Paris. Continuator. p. 11. edit. Paris.

Ibid. 16. Potius τε pro γs.

Ibid. 17. Apparet primum thema fuisse τὸ ἀνατολικὸν Orientale. Nam p. 6. [4, 10.] dicebatur orientalibus praefectus.

Pag. 6, 2. Prae se fert et τοῦ μετ' οὐ πολὺ, ut quidem Bosius descripsit, quamvis non satis apparente τοῦ, nec adeo locum habente hic; et οὐ μετ' οὐ πολὺ, ut alius in margine Bosiani. nec hoc rectum. Ex priori legi posset Βασιλεία αὐτοῦ μετ' οὐ πολὺ. Nos posterius retinemus levissima facta mutatione.

Ibid. 8. αὐτοῦ] Mallet αὐτόν, et praemisso commate.

Ibid. 9. μετὰ καὶ] Loco καὶ magis quadraret articulus τῶν.

Ea fuere ἀλουργίς, κοκκοβαφῆ πέδιλα et διάδημα. Cedren. p. 485. A. edit. Paris. de eadem re.

Ibid. 12. Soloecismus, nisi pro ἐαυτοῦ legas αὐτοῦ.

In Graeco deest λέγεται, quod habetur in Continuat. p. 12. B. ubi de eadem re.

Ibid. 14. Cedrenus ceterique.

Ibid. 17. Cedrenus p. 485. B. edit. Paris.

Ibid. 21. Continuat. p. 12. C. edit. Paris.

Ibid. 22. Deest substantivum [μαρμάρω. Habet codex].

Apud Symeonem Logothetam, qui solet nostrum quandoque describere, est μαρμάρω p. 402. edit. Paris. ἐν τῷ κατ' ἐπιφάνειαν κυκλικῶ καὶ πορφύρῳ μαρμάρῳ.

Pag. 7, 2. Vestis haec ἀετός *aquila* vocabatur. Graecum ἀετίζουσαν obscure dicitur et vix potest exprimi, nisi dicas *aquilissantem*: subsidio hic venit Continuat. p. 12. C. edit. Paris. ubi de eadem re ἀετὸν τοῦτο καλοῦσι. Symeon Log. pro ἀετίζουσαν habet ἐκλάμπουσαν p. 402. B. edit. Paris. ἐκιδύσκειται τὴν ἐσθῆτα ἣν ἐπεβέβλητο ὁδοοιδέσι χροαῖς ἐκλάμπουσαν. nempe sine ἐν δυνῶν etiam, quod in Nostro est, nec satis apparet quorsum.

Ibid. 9. Cedren. p. 285. edit. Paris. Zonaras 118. edit. Paris.

Ibid. 12. F. excidit εἰς. Sym. Log. p. 402. C. edit. Paris. de eadem re: νεωτερισμὸν τινα παρ' αὐτοῦ (male ibi παρανάτα; hoc alias dicatur) ἕσεσθαι αὐτῶ.

Ibid. 15. τῶ] F. excidit ἐν.

Ibid. 16. Continuat. p. 13. et Cedren. p. 485. C. D. edit. Paris.

δείκνυνται] ἕσ. δύνονται. *Reinesius*. Non inepte quidem, sed praeter necessitatem.

Ibid. 19. ἕσ. συμπερασάμενον. *Reinesius*. Posset tolerari, si sensisset *Reinesius* συμπερασόμενον; sed proprius abest συμφρασόμενον ut una ibi versaretur.

Ibid. 21. In Cont. p. 13. D. edit. Paris. Eustratius filius Michaelis dicitur castratus fuisse. Alius autem Nicetas, postea Ignatius in monachatu vocatus, forte quia praefuisset olim Icanatis. Cedren. p. 485. D. edit. Paris. autem et Zonaras p. 128. B. edit. Paris. Theophylactum vocant illum qui fuit castratus.

Pag. 8, 1. 2. Continuat. init. p. 5. Zonaras p. 128. C. edit. Paris.

Ibid. 3. Ita Ms. Cum Bosius perperam descripsisset διανέκλυπτεν, *Reinesius* annotat γρ. διανέκλυπτεν, *promicuiere*, in lucem, in apertum emersere. Melius fortassis ἐξανέκλυπτεν. Haec ille. Sed ita quidlibet ex quolibet facias. inhaerendum vestigiis litterarum, et, si quid mutandum, leg. δὴ ἀνέκλυπτεν i. e. ἤδη ἀνέκλυπτεν, iam emergebant.

Ibid. 5. Participium, ut σπουδαρχειῶν.

Ibid. 8. Φιλομύλλον, *Reinesius*. Sed ceteri auctores, qui huius historiae meminere, ut in Ms. ut Continuat. p. 5. B. etc. edit. Paris. quamvis apud Zon. legatur φιλομύλλον, sed vitiose. legerat Zonaram *Reinesius*.

Ibid. 9. Ita loquitur, quasi nunc primum faciens mentionem Leonis. Itaque addidi *istum* et *iam tum*.

Ibid. 11. Scriptum εὐάμιλον, quod nihil est. illud [εὐόμιλον] est e *Reinesii* coniectura, sine dubio verum. Nam ita de Leone et Continuat. p. 5. A. edit. Paris. de eodem ἀστειὸν ἐν ταῖς ὀμιλίαις δοκοῦντα.

Ibid. 12. Continuat. init.

Ibid. 14. Scil. τραυλὸς ἦν. *Reinesius*.

Ibid. 17. αὐτοῦ] Ita scriptum, non αὐτόν.



- Pag. 8, 18. Zon. p. 128. D. edit. Paris.  
 Ibid. 20. Cont. p. 5. C. edit. Paris.  
 Ibid. 21. Mallem ὑπασχάλοντος.  
 Ibid. 21. 22. *Consuetis tantum pro se precibus impetratis.*  
 Continuat. p. 5. B. edit. Paris. καὶ πρὸς Θεὸν εὐχὰς ἱκετηρίους.  
 Petierat ut monachi precibus liceat ei consequi imperium. sed is tantum consuetas promisit.  
 Pag. 9, 1. Zon. in Leone. *Reinesius.*  
 Ibid. 5. Ita scriptum, cum oportuisset μὴ καλῶς aut potius οὐ καλῶς.  
 Ibid. 7. Zon. p. 128. C. D. edit. Paris. V. 66  
 Ibid. 13. Cont. p. 5. in f. edit. Paris.  
 Ibid. 14. Cont. p. 6. A. B. edit. Paris.  
 Pag. 10, 1. Cont. p. 6. D. edit. Paris. dicitur fuisse χρυσοῦν σταυροῖδιον.  
 Ibid. 3. Ms. τῆ α̅. Haec Prote insula est Proconnesus.  
 Ibid. 5. Cont. p. 7. A. edit. Paris.  
 Ibid. 6. Potest etiam σύν εὐδοκῆσει.  
 Ibid. 8. Cont. p. 7. A. edit. Paris. τῷ τοῦ Θεοῦ προσφεύγουσι θείῳ καὶ μεγάλῳ ναῶ.  
 Ibid. 10. Cont. p. 6. C. edit. Paris.  
 Ibid. 12. Videtur excidisse καὶ ante ὁ μὲν. τῆς] Ita scriptum. requiritur τῆν, ut in Cont. φοιβεράτων. ad quod Reinesius: φοιδεράτων, foederatorum.  
 Error ex pronuntiatione fere simili τοῦ β et δ ortus.  
 Ibid. 16. Cont. p. 7. C. edit. Paris.  
 Ibid. 18. Zon. in Leone Arm. *Reinesius.*  
 Ibid. 19. Οὗτος δὲ — διενήργ.] Haec aliter atque aliter Cont. p. 14. B. C. Zonaras p. 130. edit. Paris. seq. Cedrenus p. 485. D. edit. Paris.  
 Ibid. 21. Ita scriptum, non ὄς, nec ὁ. Cedrenus l. c. rationem nominis exponit, quae inepta videtur.  
 Pag. 11, 3. κοινολογεῖται — διηκούετο.] Cedrenus l. c. eadem fere verba.  
 Ibid. 4. Spathariorum candidatus. ad hunc Theodotum sunt epistolae aliquot Photii. *Reinesius.*  
 Ibid. 6. Haec etiam aliter Cont. 14. D. Zon. p. 131. A. B. edit. Paris. Cedr. p. 486. B. edit. Paris.  
 Ibid. 7. Mallem hoc καὶ [ante φράζειν] abesset. sic intelligeretur ὡς φράζειν.  
 Ibid. 8. Ita scr. mallem γνώρισμα.  
 Ibid. 10. τε melius abesset. ἀφήχθαι] Ita scriptum, cum deberet ἀφιχθαι, aut ἀφικνεῖσθαι.  
 Ibid. 11. Loquitur hic inepte.  
 Ibid. 13. Potius ἀκριβώσεως.

Pag. 11, 14. Cedren. p. 486. edit. Paris. Zon. p. 131. B. edit. Paris.

Ibid. 15. Non apparet, quid hic γάρ faciat.

Ita et ipse haec narrat, ut vix intelligi possit. Versione tamen iuvi sensum.

Ibid. 17. τὸν ἄνδρα] Nempe Leonem. Sym. Log. p. 403. A. edit. Paris. τὸν Λέοντα προσλαβόμενος ἄπεισιν ἐν τῷ ναῶ τοῦ ἁγίου Παύλου etc.

Ibid. 20. Male apud Logoth. θαρόειν.

Ibid. 21. ἐρεῖν] Male verbum fut. temp. h. l. positum.

Ibid. 23. μεταποιήσεως] Ita clare scriptum.

Pag. 12, 1. Cedrenus p. 486. C. D. edit. Paris. ubi apta est transitio. de hoc bello Noster fol. 1. [p. 4, 9.]

Ibid. 2. Zon. p. 126. edit. Paris. in fine. Contin. p. 8. D. edit. Paris.

Ibid. 6. Et a Patriarcha. vid. auctor. cit.

Ibid. 9. Nempe culpa Leonis ut fol. 6. [4, 11.] dixerat.

Ibid. 11. Ordo ἐν λόγῳ κρείττονι καταλήψεως.

Ibid. 12. F. 8. in fine [8, 3.]

Ibid. 14. Ms. φοιβεράτους. monuit Reinesius. de φοιδ. vid. f. 21. not. 7. [ad 10, 12?] Idem vitium et apud Cedren. p. 487. B. edit. Paris. de eadem re recte apud Zonar. p. 129. A. edit. Paris.

Ibid. 15. Vid. Cedren. p. 487. B. edit. Paris. et Contin. p. 15. C. edit. Paris.

Ibid. 16. Ita scriptum. Zon. de eodem κόμητα τῆς τῶν ἔξκουβίτων σχολῆς p. 129. initio, uti et Cedren. p. 487. B. edit. Paris.

Ibid. 18. αὐτοῖς] Ita clare. requiritur αὐτῶν.

Ibid. 19. Cum scriptum esset παρηκολούθη, Reinesius annotavit: γρ. παρηκολούθει. sed potuit etiam fuisse παρηκολούθησεν.

Ibid. 20. Ita scriptum. Legendum πρὸς αὐτοὺς τοὺς Βουλγάρους aut πρὸς ἄρχοντα τῶν Βουλγάρων.

Ibid. 21. Imperator misit legatos. Cedren. p. 487. B. edit. Paris. Zonar. p. 129. A. edit. Paris. Contin. p. 15. D. edit. Paris.

Ibid. 22. Ita scr. sed potius Βουλγάρων legendum apparet ἐξ αὐτῶν.

μη] Zon. Reines.

Pag. 13, 3. Ita scriptum. συγκροτηθείσης usitatus.

Ibid. 5. Cedren. p. 487. C. edit. Paris. Zonar. p. 129. B. edit. Paris.

Ibid. 8. Oratio imperfecta, nec satis exprimit quod debet. Zonaras p. 128. edit. Paris. et Cedren. p. 487. edit. Paris. ostendunt parum abfuisse quin periret dux Bulgarorum.

Ibid. 9. Ita fere et Cont. p. 16. C. edit. Paris. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πᾶσαν — καὶ τὰ τέκνα πέτραις καὶ τῇ γῆ προσκροτῶν.

